

DE SACRAMENTIS.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

De existentia sacramentorum.

THESES XXVIIId

1) TUM ANTE CHRISTUM 2) TUM POST CHRISTUM
EXSTITERUNT SACRAMENTA.

SACRAMENTUM IN GENERE: est signum sensibile
a Deo permanentem institutum ad significandam
gratiam et ad sanctitatem aliquam conferendam.
(De definitione nominis. cf. Inct.n.l.)

SIGNUM: id quod prius cognitum, dicit in cognitione
non alterius.

SIGNUM SENSIBILE: aliquo modo sensus officiens si-
ve immediate: v.g. aqua in baptismo,
sive mediate: v.g. contributio in confessione.

A DEO INSTITUTUM: quia scilicet Deus potest gratiam
et sanctitatem alligare signo sensibile.

Sacmenta gratiae sunt signa non naturalia sed
arbitraria etsi contingentia non habent ad eam
significandam ex aliqua naturali analogia:
v.g. in baptismo, aqua apte significat inter-
iorem ablutionem. Hoc ratione, quidam Sacra-
menta vocant signa mixta. Potest etiam dici
ea esse signa in actu primo, sed ut sint si-
gna in actu secundo, indigere institutione
divina.

Sacmenta non tantummodo significant gratiam et
sanctitatem, sed eam etiam producunt; ideoque
sunt signa non mere speculativa sed practica.

PERMANENTER: durans toto statu (explicabitur infra)

in quo institutum est.

AD SIGNIFICANDAM GRATIAM: est signum sacrum
S. ECTITATEM: legalis et externa: pro Veteri Loge: v.g.
aliquam consecrationem: pro personis et pro objec-
to; interna: in Nova Loge: v.g.
gratiam sanctificantem.

PARTITIONES SACRMENTORUM:

- a) Veteris Legis;
Novae Legis;
- b) Characteristicae--- quae conferunt characterem.
Non characteristicae: quae non conferunt characterem.
- c) Necessaria; et quidem vel necessitate modii vel
necessitate precepti.
Non necessaria.
- d) Forumata: prout effectus producitur.
Informis: prout effectus suspenditur, propter obi-
com.
- e) Vivorum: supponunt gratiam sanctificantem canique
sugent
Mortuorum: conferunt gratiam sanctificantem
- f) Ante Christum... Post Christum.

QUADRUPLEX est status humani generis relate ad reli-
gionem:

- 1) Status justitiae originalis: usque ad peccatum
Adani;
- 2) Status legis naturae vel patriarchalis, usque
ad Mosaiicam legem;
- 3) Status legis mosaiicæ; a Moysi usque ad Christum;
- 4) Status novae legis, usque ad finem mundi.

SENSUS THESEOS: In 1º statu, non fuerant sacra-
menta. (Sic communiter Theologi); in 2º statu fuit
aliquid remedium pro parvulis contra peccatum ori-
ginale, sed incertum est utrum fuerit sacramentum.
Sed in statu 3º fuerunt et in statu 4º sunt sacra-
menta.

MOTTA: 1a pars: CERTA Flor. D. 695 "Antiquæ Legis
Sacramenta gratiam non causabant. *Indivisa implicit* 845
3a pars: DE FIDE CAT. probabitur in th. seq.

Pars 1a.

PROBLATUR:

Ante Christum existiterunt signa sensibilia, a Deo instituta ad significandam sanctitatem internam per Christum dandum et ad dandam sanctitatem externam.

QUI talia signa sunt sacramenta.

ERGO ante Christum existiterunt sacramenta.

MAIOR: 1) ad dandam sanctitatem internam; Hebr.

IX, 13.

2) a Deo instituta: ex toto libro Lev. v.g. VII, 11.

3) ad significandam sanctitatem internam per Christum dandum: Heb. X, 1.

MINOR: ex definitione sacramenti.

Pars 2a.

PROBLATUR: ex toto tractatu.

SCHOLION I. Quae nam fuerunt Sacra menta V.L.?

CIRCUMCISIO, Agnus paschalis et panes prepositi onis, Expiacionis multae Leviticorum sacerdotum consecrationes: haec fuerunt Sacra menta V.L. Quem praeceps fuit Circumcisio.

Ez. principio instituta fuit in signum peccati inter Deum et Abraham et jusque postores (Gen. XII); secundario, circumcisio instituta fuit in remediu m peccati originalis; erat quicquid pretestatio nis in Deum et in Messiam venturam; id est pro Iudeis; intercipiendi peccati naturae quae vim habebat peccatum iustitiae criminis; erat figura Baptismi. Ergo erant verum Sacra menta.

De christicis sacramentis V.L.

1^o Sacra menta V.L. Considerabant sanctitatem exter nam et legalem et significabant sanctitatem internam. 2^o Considerabant gratiam internam ex opere operantis, scilicet exercitio notus fidei, spei,

allG

(addendum ad libitum, p. 95)

1

Sacramenta Novae Legis septem sunt...

Nova lex: oeconomia salutis post Christum, quam præcesserat triplex alia oeconomia salutis: Justitia originalis,

Lex patriarchalis,

Lex mosaica (ab abraham ad Christum). *Bryggs*

Adversarii: a) quidam spiritualis tae Medii Aevi, Petrus de Bruis et neo-manichaei, qui rejiciebant omnia sacramenta. (D.367)

b) Protestantes, qui vel nulla, vel pauciora septem admittunt sacramenta Novae legis,

a) Initio Reformationis variabunt;

b) Dein fore omnes duo sacramenta tantum admittébant, baptis-
mum et eoonam, non plura;

c) Modie, dum Ritualistae ad nos accedunt, Liberales nulla sacra-
menta admittunt post veteres Quakers, neccnon Socinianos, hennonitas, ar-
minianos.

c) Modernistae, secundum quos sacramenta orta sunt ex quadam neces-
sitate a Immac religiosae; sacramenta sunt nuda symbola, quamvis non vi
carentia, quasi unice ad fidem nutriendam instituta, (D.2039, 2080).

Nota Thoscoos: De fide definita, ex Trid. (D.344),

PROBATUR: (Praeferendum tamen videtur arg. auctoris).

Sequentia sunt admittenda:

1º Scriptura, quamvis nusquam disertis verbis enumeret septem Novae Legis sacramenta, ea tamen diserte enuntiat, ex quibus demonstratur, vel saltem valde suadeatur singulos ritus quos Ecclesia sacramenta vocat, jam inde ab initio Ecclesiae existisse, eisque singulis notionem con-
tineri veri sacramenti Novae Legis, nec alios ritus Scriptura profert, qui ad rationem veri sacramenti Novae Legis pertingat.

2º Idem et quidem clarius et evidenter apud PP. communiter inveni-
tur, quamvis error forsitan in uno vel altero Patre deprehendatur.

3º Iotio sacramenti Novae Legis et theoria sacramentorum longo sac-
culorum labore evoluta, tandem saeculo 12º exounte, omnino praescisa et
fixa fuit.

4º Sacramenta Novae Legis tandem eodem sensu technico ab omnibus in-
tellecta, septem esse inde a saeculo 13º diserte profitetur Ecclesia Ca-
tholica ut dogma Fidei Christianae.

5º De numero septenario sacramentorum Ecclesia Graeca, imo etiam sec-
tae Orientales antiquae cum Ecclesia Catholica consentiunt.

Atqui haec ostendunt sacramenta Novae Legis esse septem, nec plura,
nec pauciora. Ergo.

Ad majorem 1^o a) Declarabitur ubi de singulis sacramentis dicitur in sepcie; et demonstrabitur certo de pluribus quam duobus contra Protestantes;

b) "nec alios situs Scriptura profert": statim patebit explicatio-ne eorum, quae objici possunt praesertim de lotione pedum.

2^o a) Omnino demonstrabitur de septem, ubi de his singulis in specie;

b) Statim patebit ex refutatione eorum, quae objiciuntur de lotione pedum,

3^o Patet ex dictis de verbo Sacramentum apud SS.PP. et DD. usque ad saeculum 12^{um}. (Cf. Auct. n. 11)

4^o Patet ex documentis historicis, v.g. ex professione fidei Michaelis Paleologi (D.465) et ex illa, quae Waldensibus fuit præscrip-ta (D.424) etc. (Cf. auct. n. 15)

MINOR stat, nam haec manifeste ostendunt septem sacramenta semper existisse in vita et praxi Ecclesiae, licet longo saeculorum labore evoluta sit atque magis magisque parecise enunciata, magis magisque explicite credita theoria septem sacramentorum.

Obj. 1. 2 ad Cor. 12,9. Apostolo dicitur: "Sufficit tibi gratia mea", ergo non requiruntur sacramenta; ergo nulla sacramenta.

Resp. Sufficit gratia et hanc Deus dat hominibus secundum modum eius convenientem et speciatim per sacramenta. C. secus N.

Obj. 2. Secundum apostolum, Rom. 5,10, passio Christi est sufficiens causa nostra salutis. Ergo non necessaria sunt sacramenta; ergo nulla sacram.

Resp. D. antec. Sufficit passio Christi non applicata, N. applicata mediis a Christo præscriptis, speciatim sacramentis, C. N. cons.

Obj. 3. Religio perfecta est pure interna; "Regnum Dei intra vos est", Luc. 17,21; et Jo. 4,24; atqui religio christiana est perfecta; ergo est pure interna, unde caret sacramentis. Ad maj. potest addi quod perfectius est commercium solius animæ cum solo Deo, quam com-mercium partim sensibile.

Resp. D. maj. Religio perfecta puris spiritibus accommodata est pu-ri interna, C. naturæ humanæ accommodata, N. Contrad. min. N. cons.

Obj. 4. Ritus quos Ecclesia vocat sacramenta, jam ante Christum ex-istebant, v.g. baptismus apud Judæos, coena apud Gentiles, v.g. in mys-teriis Mithrae, (Cf. Orpheus, pp. 101-103); è quibus certo certius co-na christiana derivata est; ergo non sunt vera sacramenta.

*amdg.
J.M.J.*

3

Resp. Ritus,,, specificie idem, n. genorice idem, C, vel trans. Nulla Novae Legis sacramenta ante Christum existebant ut signa practica gratiae. Potest etiam responderi quod "illi cultus gentiles ad quos (adversarii) praeceperunt, ut mithracismus, inter Judaeos ignoti erant, quippe qui tertio fere vel quarto tantum post Christum saeculo majorem propagationem accepérunt; dum religio christiana statim ab initio sua sacramenta habuit, ut constat ex evangeliis et epistulis pauliniis". Cf. Posch. Comp. IV, p. 1, et Revue Pratique d'apologétique, 1907, d'après.

Obj. 5. Neque Scriptura, neque PP, usquam loquuntur de numero septenarii sacramentorum; atqui loquerentur, si essent septem sacramenta; ergo non sunt septem sacramenta.

Resp. D. mag. Non disertis verbis enumerant septem sacramenta propter defectum theoriae nondum evolutae, C, nuncquam ea enuntiant ex quibus apparet septem sacramenta ab initio in **praxi Ecclesiae** existit esse et fidei ejus implicita, N. Contrad. min. i. cons.

Obj. 6. Neque Ecclesia Graeca, neque sectae antiquae Orientales possunt esse witness in praesenti materia; ergo carum testimonium nihil valet theologo;

Resp. Trans. antec. D. cons. nihil valet historicus, N. dogmatico, subd, per se solum suaptia, C, cum testimonio Ecclesiae Catholicae, N.

Obj. 7. Scriptores Orientales non eadem septem sacramenta enumerant ecclesia Catholica; ergo non est verus consensus. (Cf. Posch, VI, et. 92, 93)

Resp. ... plures et docti, N. paci indocti, subd, super tamen septem, C, non semper septem, N. N. cons.

Obj. 8. Scriptores Orientales saeculi 17ⁱ theoriam sacramontariam et numerum septenarium hausisse videntur in scriptis Scholasticorum Occidentalium quas legobant; ergo hic consensus cum Latina Ecclesie nihil valet.

Resp. N. consequentiam, nam haec acceptatio, si sumatur cum anterioribus protestationibus Ecclesiae Graecae, v. g. Jeromico patriarchae, 1579, contra Lutheranos, ostendit Graecos in doctrina Ecclesiae Latinae agnoscere traditionalem fidem Ecclesiae Graecae.

Obj. 9. "Una omnia oblationes, consummavit in sompturnum sanctificatos"; ergo Christus est unica causa efficiens sanctificationis humanae, ac proinde unum est sacramentum Novae Legis: passio Christi.

Resp. Dist. antec. Christus est unica causa efficiens principalis... C. est unica causa efficiens non solum principalis, sed etiam instrumentalis... N. cons.

Obj. 10. Si sacramenta significant gratiam, sufficiebat unum sacramentum instituere, sicut una specifica est gratia. Ergo superflua sunt septem sacramenta.

-4-

Resp. Dist. antec. Si sacramenta nihil significant nisi gratiam sanctificantem nudo in se considerant, sufficiebat unum sacramentum, C, si significant gratiam cum certis relationibus ei annexis, sufficiebat unum sacramentum, E, I, cons.

Baptismus significant gratiam una homo abluitur a peccato originali et fit membrum Ecclesiae;

Confirmatio significant gratiam militis Christi;

Eucharistia significant gratiam spiritualis refectionis animae;

Poenitentia significant gratiam liberationis et conservationis a peccatis propriis;

Extrema Unctio significant gratiam confortationis in ultimo amore;

Ordo significant gratiam sacerdotalem;

Matrimonium significant gratiam vitae conjugalis.

Ideo suas quodque sacramenta dicunt significare et efficere gratias sacramentales, de qua re nos te, (cf. Pesch, Comp., n.9).

Obj. II. Atiam lotio pedum est sacramentum Novae Legis. Ergo sunt plura septem. Resp. ... est sacramentum vere et proprio, late, C,

atque est sacramentum Novae Legis proprio, et probatur ex Io.13,1-15.

Juncta hunc locum, lotio pedum continet omnes notas veri sacramenti Novae Legis, si uidem

a) est ritus sensibilis;

b) De ea permanens Christi mandatum datur (vv.14-15);

c) Significant gratiam, nam puritatem animae (vv.10-11);

d) Non solum significant, sed etiam confort gratiam (v.8); nam non habere partem cum Christo, est non habere salutem aeternam.

Argo lotio pedum est sacramentum Novae Legis proprio.

Resp. Dist. antec.: a) C, primam partem antecedentis.

b) Dist. Christus praecepit ut sequoremur omnes exemplum humilitatis, quod pedes lavando dedit, C. "Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego foci, ita et vos..." Christus praecepit lotionem pedum ut caerimoniam vel ritum fidelibus administrandum, N.

c) Significant gratiam de se, ut omnis ablutio et speculatorio, C, practice, ex institutione Christi, E.

d) Nam v.8 exprimit tantum praeceptum grave Petro resistenti dato, ut Christo se submittoret etiam caeca. (cf. Pesch, VI, n.97)

Insto: ita intelloxerunt PP. Ambrosius et Bernardus.

Resp. a) Trans. nam error unus vol alterius nihil facit contra communem aliorum doctrinam et constantem Traditionem Ecclesiae,

b) Mi PP. lotionem late intelloxerunt sacramontum, non proprio.

(cf. Pesch, VI, nn. 94-96)

c) Bene potest intelligi purum exemplum humilitatis, et sic tota Ecclesia intelloxit, practer aliquas particularis Ecclesias. Argo lotio pedum ut sacramentum non fulcitur traditione universali et constanti,

spei, caritatis contritionis. — Carvuli qui non pote-
runt justificari ex opere operantis professionem fidei
faciebant, cum circumcisi erant, nomine suo per alios;
haec autem ut necessaria conditione posita, Deus ex
misericordi sua promissione gratiam conferebat et
peccatum delebat,

SCHOLION II. De convenientia seu conguitate Sacra-
mentorum. Cf. Auct. no. 9.; S. Thom. III, q, 61, al.

De numero sacramentorum Novae Legis.

THEISIS XXVIIIA

Eam

SACRAMENTA NOVAE LEGIS, A CHRISTO INSTITUTA, SEP-
TEM SUNT, NEC PIURA, NEC PAUCIORA.

SACRAMENTA NOVAE LEGIS: signa sensibilia a Christo
instituta permanenter ad significandum et conferendum
gratiam.

A CHRISTO INSTITUTA: instituere sacramentum est alli-
gare gratiam alicui signo sensibili.

D 367 *Modernissime nullum sacramentum.* D 2039, 2084
ADVERSARI: PROTESTANTES qui duo tantum: Baptismum et
Coenam; aut nullum vel quatuor: Bapt., Coenam Poe-
nitentiam Ordinem admittunt; (Cf Auct. 10) Rati, ne-
gandi quedam Sacramenta est quia sed Sacram. non sunt
gratiae productiva solum sunt media ad fidem excitans
et signo remissionis peccatorum obtentae.

Doctrinae catholicae de septenario Sacramentorum nu-
mero historica evolutio:

Septem sacramenta jam ab initio extiterunt in Eccle-
siae praxi.

Plus minusve explicite de illis ⁱⁿ Script. mentio fit.

Patres pro occasione sive tuendi Religionem
notra Pagens, sive edocendi fidèles, septem Sacramen-

rum memoriam faciunt: v.g. Justerius, saec. II.
agit de Baptismi et de Eucharistiae ceremoniis;
Tertullianus, saec. III agit de Confirmatione et
de Poenitentia;
Augustinus, saec. IV, honorat omnia Sacraenta, ex-
cepta Extrema Unctione;

At de hac agitur in Epistola Innocenti I ad
Decentium 799

Nestoriani et Monophysiti (saec. I) septem Sa-
craenta habent.

At non nisi saeculo XII distincta cognitio de
numero Sacraentorum habita est; quic tum solu-
corum exacta definitio, inventa est.

Ante saec. XII P.P. vel scriptores accessiastici
pro diverso fine quam sibi praestitubant, pauci-
ora vel plura quam septem reconscebant. Imperie-
do Petristica, pro necessitate eodocondi Catholico-
nos, agebatur potissimum de Sacraentis quo
magis spectant ad initiationem christianorum; sc.
de Baptismo, Confirmatione et Eucharistia.

Ternarium numerum servavit (sec. VII Hislorus
Hispalensis, aliquo saec. VIII et XI).

Petrus Damiani duodecim,

Hilobertus Turenensis novem, alii plura pauciora
admisserunt.

Saec. XII Abolardus distinctionem invenit inter
Sacraenta magiora et minoria.

Robertus Paris agendo de Sacraentis majo-
ribus seu proprio dictis, ~~omisit~~ Extremam Unctionem;
Rolandus (ulterius Alexander III) negligit
Orationem, de qua tamen alibi quedam dicit.

At in Summa Sententiarum (Petri Lombardi) item sept
tem Sacraenta codem ordine apponuntur quo pos-
toe.

De hac historia. Cf. Auct. n. 11.

Mef.
NOTE: DE FIDE S. TRID. D. 844.

N.B. Ex Scrip. probatur existentia singulorum Sacramentorum ex quorum collatione congruenter colligi posset septenarius numerus.

PROBATUS

EX TRADITIONE.

N.B. Probatio erit indirecta, i.e. ostendemus consonum universalem circa doctrinam de septenario Sac. numero extitisse a tali tempore, ut jure apostolice ejus origo sit inforanda.

Usque enim ad saeculum XII exhibetur quidem tum in Traditione orali, tum in Traditione monumentali existentia fere omnium Sacramentorum non vero praeccisa doctrina de eorum septenarie numero. Quapropter fieri non potest demonstratio directa.

Sed: sequentia sunt historica certa:

1) Certe est per plura saecula antequam prodirent

Protestantes, et praeccise inde a saec. XII plenum consonari in Ecclesie Romana adfuisse circa doctrinam fiduci de septenario Sac. numero.

Constat:

1) ex categ. S. Ottonis (a. 1150)

2) ex Conc. Lugdunensi II (1274)
" Tenet etiam ut docet eadem S. Romana Ecclesia septem esse ecclesiasticae Sacramenta"

Prof. fidei Michaelis Palaeologi.

3) ex professione fidei Waldensibus ab Innocentio III prescripta. (1210)

4) ex pluribus synodalibus constitutioni-

-102-

bus.

5) ex unanimi DD. consensu.

B 6) Constat Ecclesiam gracieam Schismati-
can convivere cum Ecclesia Catholica circa
doctrinam de numero septenario Sacr.

Constat: 1) negativo: non quando actum est
de reconciliacione utriusque Ec-
clesiae ut in Conc. Lugdun. (1274)
et Flarent. (1438), nulla mentio
facta est dissensionis circa nume-
rum Sacr.

2) positive: ex professionibus fi-
dei: v.g. ex declaracione Jero-
miae Patriarchae Constantinopo-
litani (1579);
ex damnatione in Conc. Const.
(1638, 1642) et Hierosol. (1672)
Cyrilli Lucaris, Jerome sue
cessoris. Dicebat duo tantum os-
se sacramenta.

3) ex Eucologiis seu Rituibus.

4) Ipsi Protestantes hoc faton-
tar.

C 6) Constat etiam heriticos in Asia et Ac-
gypto, a saec V ab Ecclesia divulgatos, no-
n Monophysites, Nestorianos etc credentes fidem
habere de numero septenario Sacr.

Constat:

1) ex Scriptoribus (cf. As-
somanie Bibl. orient, tt, 2 ct3.
"phys: " Perpetuité de la foi."

2) ex monumentis liturgicis
(cf. Ritus Orientalium Denz.,

Contra thesim quae sic se habet sic arguo carissime Pater. Non sunt septem sacramenta. Ergo falsa est thesis.

Probo antecedens.

Si ~~septem~~- darentur septem sacramenta novae legis, Sacra Scriptura meminisset illius numeri alicubi.

Atqui non meminit. Ergo non darentur ~~septem~~ sacramenta. Wir. #23, p. 21.

Tamen s. Scriptura potius duo tantum esse sacramenta indicat et probo ex Jo. 19,34.

Si sacra Scriptura indicat tantum duo sacramenta, sunt tantum duo.

Atqui secundum Patres, ut, v.g. Augsutinus, indicat tantum duo.

Ergo sunt tantum duo sacramenta.

Wir. #23, 2.

Si multi patres et theologi tenent esse plus quam ~~septem~~ sacramenta, ruit thesis.
Atqui multi patres et theologi sic tenent. Tenent enim virginitatem, martyrium et multi benedictiones esse sacramenta.

Ergo ruit thesis.

Ad maj. Sacramenta proprio sensu, C. sensu improprio N.
Contradistinguo min.

Etiam letie Tandem aliquando est actio narrata in evangelio quae certo certius est sacramentum. Ergo thesis est vacua et inana. Et probo ex Jo. 13, 5-16.

Et praenoto 1. Adest ritus externus- lotio.

2. Institutio divina et praeceptum Xti quae appareat ex versiculo 14.
3. Promissio gratia in versiculo 8.

Et sic conficitur argumentum.

Quod implet definitionem sacramenti, est sacramentum.

Atqui lotio pedum ut narrata in evangelio sancti Joannis, implet definitionem sacramenti.
Ergo est sacramentum.

Wirc. # 32, p. 25

3) ex ipsis Protestantibus (cf.
Schaff. creeds of Christendom,
vol. I.)

ATQUI ex his suppositis concludere licet tum
theologice, - tum philosophice ad apostolicitatem doc-
trinæ et septenariæ Sacr. numeri

ERGO-----

I. Theologie.

Ex recentibus habetur consensus totius Ecclesiae
Catholicae in deo[n]da et credenda doctrina fidei do-
ctrinæ Sacr. numeri,

ATQUI hic consensus est signum apostolicitatis
doctrinæ;

ERGO.....
MAJOR: ~~Ecclesiæ~~ Theologie. *Patet*.
MINOR: Patet, quia illa doctrina non esset aposto-
lice, ille consensus in deo[n]da et credenda doc-
trina fidei est circa rem falsam et tunc Eccles-
ia non esset tum active, tum passive infallibi-
lis.

II Philosophice.

a) Extitit consensus Ecclesiæ Latinae et Graecæ
saltem in fide implieita et practice, circa septen-
arium Sacr. numerum ante separationem hujus ab Eccle-
sia Latina. (Sæc. IX).

b) Item, extitit consensus sectatum haereticarum in-
ter se et cum Ecclesia Latina ante carum separationem
ab ea. (sæc. V.).

c) Per quatuor priores saecula non alia doctrina do-
ctrinæ Sacr. numeri tractata fuit ab Episcopis, nec
alia a fidelibus accepta fuit quam doctrinam aposto-
licam.

d) Nullum nomen vel auctoris vel inventoris, nullus

originarius locus hujus doctrinæ assignari posse
sunt post apostolos.

ATQVI haec omnia supponunt doctrinam de
septenario Sacr. numero originem habuisse a
traditione apostolica.

ERGO.....

MAJOR: a) Ante separationem: Nam Ecclesia
Graeca schismatica erat infensa Ecclesiæ Latiniæ
et suorum traditionum tenacissima (ex
disputationis de "Filioque", de modo ministrandi Baptismum, de pane azyno, de jejuniiis
etc.) Ergo non potuit accipere doctrinam de
numero septenario Sacr. ab Ecclesia Latina
post suam separationem ab ea.

b) Ante carni separationem: Non si ante
separationem hanc fidem saltem implicito, et
practico non habuissent, non potest expliciti-
ri quomodo omnes illico sectae, Ecclesiæ pa-
thlicao infensae, et fidei, Discipline, rite-
tibus, natiōne etc diversissimis reperirent nunc
in ea fidei convenire.

c) Nam, Episcopi vigiles erant traditionis
custodes, et cuilibet novitati obserbant;
fideliſ ex alia parte, tenacissimi erant tra-
ditionum apostolicarum. Attemen nullum ves-
tigium habetur alicujus controversiad volu-
tationis sive ab Episcopis, sive a filio-
libus.

a) Nam, fuisset notalis innovatio in fide.

MINOR Quia illa facta historica mani-
festant traditionem continuum cui nullus
alius origo assignari potest nisi doc-
trina apostolus.

PROBATUR III ex congruentia, Cf. Auct. 19.

21 May
Wiesel

DIFFICULTATES.

- 1- Silentium documentorum usque ad sacerdulum lamen.
Ergo falsa thesis;
Conc. Ant.;
Nego cons. quia 1) vox sacramentorum non erat ad
hoc determinata quod hodie vocamus sacramentum;
2) priribus sacerulis PP. non
faciebant tractatum de Sacramentis seu pro occasio-
ne nata tractabant de uno vel altero sacramento.
3) iisdem sacerulis vigebat lex
arcani, i.e. secreti aut silentii.
- 2- Neque in SS. neque apud PP. fit mortis munici
septennaris.
- 3- Letis pedum juxta quosdam PP. est sacramentum.
Ergo sunt 8 sacramenta.
Dist. Ant; sensu late, C. stratto, N. quia defi-
cit institutio perpetua Christi et productio gratiae.
- 4- Apud quosdam PP. sunt multo plura quam scriptum.
Dist. Ant; sensu proprio, N. sensu improprio, v.g.
martyrium non institutum a Christo sed toleratum.

Ap 1 p. 21
2 p. 23
3 p. 25

De physica Constitutione seu de natura sacramontorum.

SACRAMENTA NOVAE LEGIS CONSTANT REBUS, TANQUAM
MATERIA ET VERBIS, TANQUAM FORMA.

Mater et Forma

MATERIA: pars determinabilis.

FORMA: pars determinans.

N.B. agitur de materia ex qua consistit sacramen-
tum, v.g. aqua pro Baptismo, non de materia
circa quam versatur v.g. peccato pro Peccati-
tentia.

MATERIA ex qua remota: est res ipsa.

MATERIA ex qua proxima: est usus hujus res.

SENSUS THESEOS:

Novae Legis sacramento constant ductus par-
tibus: una determinans, altera determinabi-
lis.

NOTA: CERTA, Flor. D. 695. It is a practical
rule of conduct, Not a definition. : it is
only certa, not definitio.

Doctrinæ evolutio:

- 1^o Jam ab initio praxis Ecclesiae præsortim in administratione Baptismi et Eucharistie: exhibentur "res" (actus) et verba.
 - 2^o Hinc post primum, primum speculationes theocraticæ circa Eucharistiem: constat pane, et verbis. – et circa Baptismum: constat aqua, invocatio Trinitatis et sugæ consacratio, haec ultima non essentialiter.
 - 3^o S. Augustini accuratior explicatio quoad Baptismum: Constat aqua et verbo. (In Joann. Tract. 80, 3)
 - 4^o Saec. XII, Hugo de S. Victore: Baptismus constat elemento et verbo, non benedictione aquæ. Sanctitas Sacramenti non pendet a ministro. Lequendo de Sacramentis in genere, falso putat verbum posse esse "corde tantum creditum."
 - 5^o Petrus Lombardus: sequitur Eugenius quod Baptismum; quæd alia Sacraenta, Pœnitentia et Matrimonio exceptis, docet ex constare "verbis et verbis".
 - 6^o Saec. XIII, Theologi incipiunt applicare Sacramentis ex analogia, doctrinam Aristotelicam quod constitutionem corporum ex materia et forma seu ex elemento indeterminato et elemento determinante. Primus qui his vocis cum hoc sensu speciei adhibuit fuit Guilielmus Altisalensis. Post Alex. de Haleg, comes Theologi tisic utuntur. Doctor in L. of Paris.
 - 7^o Pœnitentia et Matrimonio eadem theoriam applicuit D. Thomas.
 - 8^o Quæ doctrina postea in Decreto pro s. et a Triad. fuit quasi consecrata.
- PROBATOR ex Trad. Ritus quo semper in Ecclesia perfecta sunt ut conficiuntur Sacraenta, quiaque universali et constanti consensu semper creditus est essentialis ad corporum valorum, est ritus exhibens eorum physicam

constitutionem.

ATQUI, hic ritus constituit in usu rerum,
tanquam materia, et vborum tanquam formæ.

ERGC...

MINOR Constat ex monumentis liturgicis Ecclesiae
turn Occidentalis, tñ: Orientalis. Cf Martene,
Gœär,

N.B. Ex Scripture, res potest dici innui.

v.g. quoad Baptismum. Eph. V, 26. *mt 28,19*

quoad Confirmationem. Act: VIII, 15-17.

quoad Eucharistiam, ex ipsius institutione
Sac.

quond' Extremam Unctionem. Jac:V, 15.

PROBATIC ex ratione congruentiae, cf. S. Thom.
3p. q. 60, 9, 6.

De efficacia sacramentorum N.L.

THESES XXX.

1) SACRAMENTA NOVÆ LEGIS, UT VERAE CAUSÆ
INSTRUMENTALES, CONFERUNT GRATIAM, 2) EX OPERE
OPERATO ET 3) SECUNDUM PROPRIAM CUJUSQUE DIS-
POSITIONEM ET COOPERATIONEM. 4) SIMPLA AUTEM
SACRAMENTA GRATIAM PROPRIAM PRODUCUNTUR, QUÆ
SACRAMENTALIS VOCANTUR
CONFERUNT GRATIAM: sanctificantem.

Sacramenta mortuorum (Baptismus et Pœnitentia)
conferunt per se gratiam primam sanctifican-
tem; per accidens, gratiam secundam, i.e. aug-
mentum gratiae sanctificantis.

Sacramenta vivorum (quinque alia) per se confe-
runt, secundum gratiam sanctificantem; per
accidens (probabiliter) primam.

[Per se producunt augmentum gratiae sanctifi-
cantem; per accidens primam gratiam sanctifi-]

centem, v.g. si quis accidit bona fide in statu peccati mortalium ad sacramentum Eucharistiae et habet contritionem probabiliter remittuntur ei peccata.

CLUSAE INSTRUMENTILIS: non virtute sua agentes sed virtute causae principalis; in casu Sacramentorum virtute Dei.

GRATIA SACMENTILIS: cuiusque sacramento proprio v.g. fides pro Baptismo, spes pro Ex-Uncione, caritas pro Eucharistia; consistit in gratia sanctificante quatenus ordinatur ad finem cujuslibet sacramenti et confert jus ad speciales graticas actualies conferendas; quando explenda erunt munera ex singulis sacramentis emergendia.

ex ipsa cofactione rite.

EX OPERE OPERATI: vi et officia ipsius operis externi sacramentalis; non ex opere operantis i.e. non intuitu moritorum ministri vel suscipientis.

SEUNDAM PROPRIAM DISPOSITIONEM: prout renovetur obex gratiae.

mala dispositio ex qua sacramentum est infuctuum.

OBEX GRATIE: id ex quo sacramentum non est fructuosum v.g. conscientia peccati pro sacramento viverum defectus; defectus poenitentiae pro Baptismo (in adultis). Gratio collata a sacramentis ex opere operato proportionatur his dispositionibus. Haec dispositiones non sunt causa gratiae sed conditio sine qua non.

INVERSARII: MOVIMENTES: sunt signa excitantia vel significantia fidem, quam salvat sine gratia sanctificante.

MODERNISTAE: "Sacraenta eo tantum spectant ut in mentem hominis revocent praesentiam Creatoris semper beneficem" D. 2041, 2089.

NOTA: la pars: Conferunt gratiam: DE FIDE CAT. Trid. 849, "Gratiam non conferre". I.S.

Ut verae causae instrumentales: CERTA, Trid. 799 "instrumentalis item sacramentum Baptismi; ergo a pari, alia sacramenta.

la pars: "Ex opere operato": DE FIDE CAT. Trid. 851, "ex

opere operato non conferre gratiam A.S.

Carta D799.
3a pars: "Secundum ad jusque propriam dispositionem"
unusquisque suam secundum mensuram.

4a pars: CENCI et COMMUNIS.

HISTORIA DOCTRINAE:

1^o Scriptura exhibet ritus christionos tanquam
ad peccata remittenda.

2^o Sae*c II*, P.P. praesertim memorant officiam
Baptismi et Eucharistiae. (Cf. Tixerent, Hist.
des Dogmes, p. 130, 154.)

3^o Sae*c III*, fides Ecclesiae in officiam Poe-
nitentiae eluct ex ipsis disputationibus tunc
exortis circa remissionem peccatorum. (Tixe-
rent, p. 363)

4^o Metio saec. III, controversia habetur de valo-
re Sacramenterum, occasione Baptismi ab heret-
ticis, Marcionitis et Montanistis) collati.

Validus aut invalidus talis Baptismus?
S. Cyriacus putavit invalidum esse, Stephanus
Pontifex, e contra, declaravit validum esse,
a principio validitatem Sacramenti non pendere
a fide ministri. (Tixeront, p. 380 sq; Pourrat,
La Théol. Sacram. p. 107, sq.)

5^o Tempore Diocletiani (303) occisione consecra-
tionis Ceciliani, Episcopi Carthaginensis a
Felice, Episcopo, qui habebatur ut proditor
ex eo quod obtemperaverat decreto Diocletiani
de Ecclesiis Christianis destruendis et de li-
bris sacris consignandis, quaestio ponitur
utrum valida sit talis ordinatio a Ministro
peccatore collata?

Validam esse demonstrant Optatus Milevitanus
et postea Augustinus. Ergo valor sacramenti
non pendet a rite et sanctificate Ministri.

6^o An pendet a fide et sanctitate recipientis?

Affirmative putaverunt Cyprianus et Donatistae.

Negative respondit Augustinus aut potius distinxit: haereticus et indignus recipiunt characterem Baptismi (de hoc loquitur Aug.). sed non recipiunt gratiam quia obicem ponunt; si vero obex, sacramentum incipit esse utile.

7^o Saec. IX Controversia denuo est excitata occasione reiterationis ordinationum quas fecerat Pontifex Termosus, et saec XI, occasione clericorum qui ratione incontinentiae et simoniae fuerant excommunicati et tamen Sacraenta ministrabant.

Inter disputantes fuit Petrus Damianus.

8^o Saec. XIII, Augustini doctrina solemniter ab Ecclesia affirmatur. Cf. professio idei Valdensibus proposita ab Innocente III (Dz. 434).

9^o Saec. XIII igitur, tenetur officiam Sacramentorum indepentem a fide et sanctitate Ministri.

et suscipientis; et Scriptores ecclesiastici incipiunt uti formula "ex opere operato", ut distincta a formula "ex opere operantis".

10^o Domum, hanc formulan tanquam aptissimam ad exprimendum dogma catholicum, Tridentinum contra Protes-tantes solemniter sancivit.

11^o. Saecc XIII Scriptores ecclesiastici querunt: "Qua ratione sacr. gratiam producant? "Duo systemata

Iun. Sacramentum est causa occasionalis gratiae, vel potius "conditio sine qua non". S. Bonav. Scotus, Dian-dus, Biel etc.

Zuni. Distinguit duplicom effectum: sc "Sacramentum et res", i.e. aliqua dispositio seu exigentia gratiae: character, ornatus, et "res tantum", i.e. gratia. Sacraenta non causant in seipso infusionem disponunt, et ideo sunt causa*es* instrumentales dispositivae gratiae.

Alex. Halensis

Quod systema D. Thomas expolivit et Schola Thomisticci sequuta est usque ad saec XVI. Tunc Cajetanus et alii Thomistae illud impugnant.

Incolum est utrum S. Thomas mataverit suam sententiam. (Cf. Pourrat. 157).

12^o Saecc XVI Reformatores dicunt Sacraenta non esse nisi signa, notae, vel texeres media excitandi fidem.

Contra illos Trid affirmat officiam Sacr. ex opere operato.

13^o De natura causalitatis. Sacr. incipiunt disputare Theologi.

Causalitatem moralern docuit Melchior Cano et postea Vosquez.

" physiciam tenuerunt Bellarminis, Suarez et ali dispeccitivam: nunc temporis Billot.

• Mass.

Pars 1a.

PROBATOR: I:

Sacramenta Novae ex SS. ut causae instrumentales vere conferunt, remissionem peccatorum, vitam aeternam, Spiritum Sanctum.

ATQ[UE] Illa conferre est conferre gratiam sanctificantem.

ERGO Sacramenta Novae Legis ut verae causae instrumentales conferunt gratiam.

MAJOR: 1) vere conferunt— Act. II, 38. Joan VI, 59; Act. VIII, 17.

Quod dicitur pro Baptismo, dicitur citam pro aliis quia si unum confert gratiam a pari alia etiam: quia eadem est generica officiaetas ad gratiam conferendam

2) causa instrumentalis— quis solus Deus est causa principalis gratiae ex Tract. de Gratia thesis 19a.

MINOR: quis illa confere est conferre justificationem.

Pars 2a.

c. *Neat page probatum*

PROBATOR I

Sacramenta Novae Legis sunt immediata causa gratiae

ATQ[UE] immediata causa gratiae confert gratiam ex opere operato.

ERGO Sacramenta Novae Legis conferunt gratiam "ex opere operato."

MAJOR: pro Baptismo, cf. Joan. III, 5. "Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritus Sancto (A pari pro ceteris.) S. Spir. est causa a immiediati gratiis

gratia sanctificans venit eadem modo ex aqua ac ex Spiritus Sancto; ergo gratia s. venit immediate ex aqua. Cf. Tit, 3, 5; "per"

R362.

MINOR: quia si sacramentum esset causa ex opere operantis esset mediate causa gratiae: quis v.g. ex citaret fidem et mediante fide producet gratiam.

DIFFICULTATES:

Objiciunt Protestantes:

Sensus SS. est quod verba excitant fidem justificantem.

Ergo, falsa thesis.

Nego ant.

Probant ant.

Nam "ex qua" intelligi debet sensu metaphorico sicut illud Mt. III, 11. "Baptizabit in Spiritu Sancto et igne."

Atqui sensus est quod verba excitant fidem justificantem. Ergo...

RESP: Nego ant: quia 1) textus Joannis est inintelligibilis sensu metaphorico, 2) Mt. III, 11 potest etiam sumi sensu litterali, collinguis igneis. 3) sensus metaphorico est contra Traditionem.

PROBATUR II (ex PP.)

PROBATUR III (Exam)

Baptismus infantum et amentium non est inutilis.

Atqui inutilis esset si sacramenta non conferrent gratiam ex opere operato.

Ergo...

MAJOR: ex tract. de Baptismo th. 38a et ex praxi quorundam Protestantum.

MINOR: quia in his ~~verba~~ Baptismi non possunt excitare fidem personalem nisi miraculo, quod gratis admittetur.

~~Stat 3a pars si sacramenta Novae Legis agunt ut causae naturales.~~

Stat 3a pars si sacramenta Novae Legis agunt ut causae naturales.

Ergo.....

MAJOR: quia causae natureles producunt effectum juxta

-115-

dispositionem et cooperationem subjecti.

MINOR: ex affirmatione S. Thomae. q. D 799
"sicut ab eodem igne accipit plus si appro-
pinquat." IIIa, q. 69, a8.
Ad alias ratinus congruentiae, Cf. Auct, 43.

Pars 4a.

PROBATUS:

Singula sacramenta instituta sunt ad di-
versas fines.

ATQ[UE]I sacramenta ita instituta producunt gra-
tiam propriam quae sacramentalis vocatur.

ERGO.....

MAJOR: ex Flor. D. 695.

MINOR: quia effectus sacramenti est medium ad
finem sacramenti et debet ei proportionari.

SCHOLION de causalitate sacramentorum. Cf th.3la.

De causalitate sacramentorum.

TESIS XXXIA.

VERBOSIMUS VIDENTUR SACRAMENTA NON CAUSARE GRA-
TIA M 1) CAUSALITATE PHYSICA, UT ASSUMITUR IN PRI-
MA SENTENTIA; NEQUE 2) CAUSALITATE INTENTIONALI
UT VIDENTUR IN TERTIA SENTENTIA, 3) SED POTIUS
CAUSALITATE MORALIS.

CAUSALITAS PHYSICA: quae produceit effectum per
influmnum realem, i.e. non intentionaliter nec mo-
raliter, sed sicut ignis calorem producit.

CAUSA MORALES: quae producit effectum movendo causam imperio, merito vel consilio i.e. agendo in voluntatem, utraque causa est principalis vel instrumentalis.

Principalis: movet virtute sua, v.g. impetratio filii regis pro aliquo reo.

Instrumentalis: movet virtute causae principalis v.g. epistola filii ad patrem qua impetratur veria.

Unde patet sacramenta jam esse saltem causas morales instrumentales gratiae.

Quaeritur utrum sint aliquid plus?

Sa Sententia: Sacramenta sunt causae physicae gratiae, vel quia habent qualitatem intrinsecam (transeuntem, supernaturalem) ad producendam gratiam, vel quia Deus concurrit ad gratiam producendam. Thomistae, Bellarminus, Suarez, Ripalda.

Sa Sententia: theses. Sacramenta sunt causae morales gratiae. i.e. utpote moraliter actiones Christi, ad significandam et causandam grariam Institutac, talem supernaturalem dignitatem in se habent insitam ut ipsum movere possint ad gratiam conferendam. Scotistae, Canus, Vasquez, de Lugo, Wier, Franzelin, Pesch, etc.

Sa Sententia: Sacramenta sunt causae intentionales mentis ordinacionem.

Sacramenta sunt signa. Signa notificant intentiones et ordinationes mentis. Sacramenta sunt signa practica: ergo notificant ordinationes mentis Dei.

Signa possunt assumi et instrumentum a causa principali et tunc, ut omne instrumentum habent actionem propriam

actionem instrumentalium.

Autio autem instrumentalis, quantumvis modifica- ta et elevata, est in eodem ordine seu in eadem linea atque actio propria immo est realiter eadem.

Sacramenta sunt signa a Deo ut instrumentum

assumptum ad homines sanctificandos. Ut signa (practica);
corum actio propria est notificare ordinationem Dcm;
et instrumenta: ordinationum hanc seu ipperium divinum
applicant alicui determinato subjecto in eoque cau-
sant formam aliquam intentionalem, characterem vel
alium titulum exigitivum gratiae. Posito autem titulo
appellante gratiam, hacc a Dco conceditur, et idco
Sacramento causalitate intentionali immediatae causant
in anima titulum appellantem gratiam et mediatae gra-
tiam.

Sacraenta igitur possunt dici relate ad gratiam cau-
sae efficientes, instrumentales dispositivae intentiona-
les.

Billet, Muller, Lercher, Van Noort. Billot putat fuisse
sententiam Thomae. (ac his cf. auct 45).

Inter Argumenta quae in mente auctorum militant in fa-
vorem hujus sententiae numerantur sequentia:

1º Nullatenus fidei repugnat, cum verem causalitatem
in sacramentis vindicet, quavis ordinis vero intentiona-
lis.

2º Melius servat notionem instrumenti, quod debet pro-
pria sua activitate attingere effectum

3º Non tenet; ut (causalitas moralis) Sacraenta agere
in ipsum Deum, quod impossibile.

4º Apte applicatur singulis sacramentis, reviviscentiae
sacerdotalium etc.

Sic Lercher ponit argumentum (ex natura signi
practice)

Sacramentum efficienter et instrumentaliter causat
gratiam non alitor, nisi quatenus ex institutione
Christi ut signum practicum gratiam huic vel illo
individuo conferendam significat et significando
causat.

Atqui signum practicum non potest in ordine ad
gratiam alienam causalitatem nisi intentionales dispositivam
habere, in quantum sc. immediate producit
titulum exigitivum gratiae.

Ergo, quia gratia sit forma physica, signum sacramentalis respectu gratiae non potest aliam causam nisi intentionalem dispositivam exscrere, quatenus in subjecta sucipiente ex institutione Christi ponit titulum exigitivum gratiae vel jus ad gratiam.

MAJOR. Nam signum sacramentale causat in quantum est unum quid sed est unius quid ut signum: Ergo

MINOR. ex natura causae instrumentales. Cf. Auct. laud. no 208.

NOTA : PROBABILICR:

Pars 1a

PROBATUR: (non causa physica)

Sacramenta non sunt causae physicas gratiae nisi haec probatur ex SS. vel Traditione.

ATQUI nec prius, nec secundum.

ERGO sacramenta non causant gratiam causalitate physica.

MAJOR: evidens: quia causalitas Sacr. pertinet ordinem supernaturalem.

MINOR: quia 1) in SS. et Traditione affirmatur tantum Sacramenta esse veras causas gratiae.

2) SS. et Patres dicunt a) gratiam produci a Sacramentis praeteritie v.g. a Baptismo praeterito sicut a Baptismo presente:-
b) produci a Sacramentis sicut a passione Christi.
c) tribuendam esse utrique partem Sacramentorum, sc. materiarie et formae. (Eph. V, 35).

Atqui haec omnia indicant causalitatem moralam.
Ergo....

Pars 2a. (non causa intentionalis).

PROBATUR:

Sacramenta sunt verae causae gratiae.

ATQUI Causae intentionales non sunt verae causae gratiae.

ERGO Sacramenta non sunt cause intentionalis gratiae.

-119..

MAJOR: ex th. 30a

MINOR: quia si sacramenta non producunt gratiam neque physice neque moraliter videntur esse merae conditio-nes" sine quibus non."

Pars 3a (causa moralis.)

PROBATUR:

Ideo sacramenta causant gratiam quia sunt moraliter actiones Christi.

ATQUI ita causare gratiam est moraliter causare.

ERGO sacramenta causant gratiam causalitate morali.

MAJOR: ex th. 34a arg. lae partis.

MINOR: quia tales actiones movent Deus ad gratiam producendam.

SCHOLION: DE REVIVICENTIA SACRAIMENTORUM.

SACRAMENTA BAPTISMI, CONFIRMATIONIS, EXTREMAE-UNCTIONIS, ORDINIS ET MATRIMONII, FICTE SUSCEPTA, OBICE REMO-TO, REVIVISCUIT.

FICTE SUSCEPTA: i.e. cum obice gratiae.

Obex est: positivus: cum quis conscientius est suae indispositionis.

Negativus: cum quis non conscientius est suae indispositionis, et bona fide accedit ad Sacramentum

Removetur obex negativus per attritionem supernaturalem et positivus per contritionem ~~cum votu~~ Se-cramentii vel attritionem cum absolutione.

REVIVISCUIT: producunt gratiam seu evadunt fructus.

NOTA: Scholion est GIRTUM et COMMUNE, pro Baptismo.

PROBABILITYS, PRO aliis, i.e. pro enumeratis in thksi.

PROBATUR pro Baptismo.

Si Baptismus ficte susceptus, obice remoto, non revi-visceret, salus esset impossibilis ficte suscipienti.

ATQUI ficte suscipienti salus non est impossibilis.

ERGO Baptismus, ficte susceptus, obice remoto, revisi-cit.

MAJOR: quia tunc peccatum originale non posset remitti, non non per Baptismum utpote initerabilem: non per votum

Baptismi, utpote illicitum: quia Baptismus non est iterabilis; non per aliud medium; ex Trid. D. 796.

MINOR: ex tr. de Gratia: " Deus dat gratiam saltem sufficientem".

PROBATUR pro aliis sacramentis.

Si illa sacramenta, ficte suscepta, obice remoto non reviviscerent, suscipientes deberent carere diu gratia necessaria ad finem illorum sacramentorum.

ATQUI non debent carere diu gratia necessaria ad finem illorum sacramentorum.

ERGO.....

MAJOR: ex initerabilitate absoluta vel relativa eorum

MINOR: probabilis.

N.B. 1) De Eucharistia: Suscepta cum fictione positiva non reviviscit quia s) non est plurima sacrilegia, aliquis, in instanti, posset fieri sanctissimus.

2) Pro Poenitentia: Sacramentum illud si potest fieri validum et informe reviviscit. Tractabitur postea.

DIFFICULTATES. Contra thesim. 50a

1- In SS. justificatio tribuitur fidei. Rom. III, 28; V. I; L' Pet, I, 25. Jac. I, 18. Ergo Sacmenta justificant excitando fidem. Dist; ant; fidei, i.e. rebus revelatis, C.

fidei subjectivae, sbd: formatae, C. informi, sbd:

ut dispositioni, C.

ut causae efficienti, N. Cf.

Jean 3, 5 "ex aqua", Tit 3, 5 "per lavacrum"

2- In Ia Petri I Pet III 20, sanctificatio in Baptismo tribuitur interrogacioni bonae conscientiae.

ATQUI haec interrogatio est fides.

Ergo sanctificatio.

Dist. maj. pro infantibus, N.

pro adultis, sbd: interrogationi bonae
conscientiae tantum. N.

etiam baptismo, C.

3- Sacramentum sine fide non justificat, fides viva
sino sacramento justificat.

Ergo sola fides justificat.

la pars: non justificat infantes, N.

adultos, sbd: sine fide disponente, C.
justificante, N.

2a pars: Ego suppositum, i.e. quod fides viva
sit sino sacramento vel sinc voto sacramenti.

4- Juxta PP. "sola fides justificat. v.g. Origenes,
Basilius,

ERGO...

DIST. ant: sola fides, i.e. excludendo opere non perti-
nentia, ad justificationem excludendo sacramenta, N.

5- Quod superat dignitatem sacramenti, non est ejus ef-
fectus,

ATQUI gratia superat dignitatem sacramenti,

Ergo non est ejus effectus.

Dist. maj: ut causae principalis, non est ejus effectus, C.
" " instrumentalis, N.

Conc. min: et pariter dist. cons.

6- Signum non est causa.

Atqui sacramentum est signum.

Ergo non est causa.

Dist. maj: non est causa principalis, C..

" " Instrumentalis, N.

Pariter dist. cons.

Ratio: quia causa instrumentalis sensibilis po-
test esse signum effectus quia est aliquomodo effectus
in quantum movetur a principali agente (S.Thom. III, q,
62 al)

Baptismus = sac. regenerationis spiritualem.
Consilium = " cōrroborationis in fide.
Ordo = " spiritualis potestia ad sacra ad ministeria.

TRIA SACRAMENTA, SCILICET BAPTISMUS, CONFIRMATIO ET ORDO IMPRIMENT CHARACTEREM IN ANIMA, HOC SIGNUM EST QUODAM SPIRITUALE ET INDELEBILE, UNDE EA ITERARI NON POSSUNT.

Sacramenta signa rusticia et effectus gratiae a Deo instituta
CHARACTER: signum spirituale et indeleibile quo signati apti fiunt ad aliquid sacri suscipendum vel peragendum.

Imprimunt - producent quonodoctumque.
SPIRITUALE: non sensibus sed intellectu cognoscibile

INDELEBILE: permanens in hac vita, non obstante peccato mortali,

DE FIDE CATH. Trid. D. 352;

permanens in aeternum: PROBABILIUS

Rationes ad permanentiam characteris salitem in hac vita sunt:

a) Locutiones Conciliorum et Patrum.

Est signaculum "indeleibile in aeternum",
S. Cyrilus Hier.

"In extremo iudicio Christus ex charactere (cum gratia conjuncto) justos agnitus est tanquam oves suas, S. Macarius.

b) Character est forma incorruptibilis in subjecto incorruptibili ergo a solo Deo datur potest. Secus ac gratia sanctificans, opponitur formaliter peccato mortali. Ergo potest permanere cum illo.

Nunc autem, non videtur decesseris finem ob quem

character etiam in altera vita perseveret.

Erit ad gloriam bonorum et ad ignominiam malorum. Nondum remansabit iniustis ut potestas ad sacra, sed ut signaculum potestatis jam habita. (S.Thom. III, q. 63, a5),

ANIMAE IMPRESSUM: quia spirituale. Juxta S.Th. imprimitur in potentibus cognoscitibus. (S.Th. III, q. 63, a4);

(Addendum ad libitum, p.122)

TRIA SACRAENTIA IMPRIMUNT CARACTEREM IN ANIMA

Sacraenta N.L.: signa practica gratiae a Deo instituta.

Baptismus: sacramentum regenerationis spiritualis.

Confirmatio: sacramentum corroborationis in fide.

Ordo: sacramentum spiritualis potentiae ad saera administranda.

Imprimunt: scilicet producunt quomodocumque.

In anima: sive in substantia, sive in facultatibus animas, in intellectu scilicet aut voluntate.

Character: hic sensu technico intelligitur: nota distinctiva eorum qui tale vel tale sacramentum suscepserunt.

Conc.Trid. illum vocat: "signum quoddam spirituale et indeleibile".

Signum est illud quod cognitum aliud facit in cognitionem venire.

quoddam, i.e. sensu secundario vocis, nam primo et per se sola sensibilia dicuntur signa relate ad homines; sensu diminutivo adhibetur vox quoddam.

Spirituale: aliquid reale quod neque est materia neque a materia pendet in suo esse.

Indeleibile: quod saltem nunquam de facto destruetur in hac vita.

Adversarii: Post Nicleffum, heresiarchae saeculi XVI

Nota Th.: De fide def. ex Trid. sess. 7^a, can. 9. (D.852)

PROBATUR ex Traditione:

Illud est admittendum quod licet SS. non clare enuntiet, tamen

a) PP. non obscure indicaverunt;

b) Inde ab initio Theologiae Scholasticae, omnes Theologi tenent;

c) Pontifices et Concilia plures declaraverunt.

Atqui doctrina Theseos licet....tamen a).... b).... c)....

Ergo doctrina Theseos est admittenda.

(au verso)

Major patet, quia non sola SS., sed etiam viva Traditio Ecclesiae est fons veritatis revelatae; et legitima est evolutio dogmatis ex fide implicita ad fidem explicitam in vita et doctrina Ecclesiae.

Ad hinc, "Licet SS. non clare...": Textus ad quos aliqui theologi provocant, v.g. 2 ad Cor. 1,21-22; Eph. 1,13; 4,30, non sat clare apparent esse de charactere sacramentali.

PROBATUR: III ex praxi Ecclesiae quae urget ad ministracionem Baptismi vel a laico infantibus & a. adultis in periculo mortis.

PARS 3e

PROBAUTR T

Baptismus, quoad effectum justificationis, potest suppleri medijs justificante:

ATQUI martyrium ost' tale medium.

MAJOR: crtdens,

MINOR: ex Mt. X, 39; "Qui me confessus fuerit..."

ANDG

-162-

Mt, XVI, 25 Qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam"

N.B. Hi textus probabiliter respiciunt adultos baptizatos; attamen videntur enuntiare legem universalem.

PROBATOR II Ex consensu PP. ^{Mit 10, p 7 fcc 24, juli 153.}

PROBATOR III Ex praxi Ecclesiae honorantis sanctos Innocentes ut mactatos pro Christo. ^{R 492}

PROBATOR IV.

Baptismus, quoad justificationem, suppleri potest imitatione reali passionis et mortis Christi.
ATQUI martyriū est imitatio realis passionis et mortis Christi.

ERGO baptismus potest suppleri martyriū quoad justificationem.

MAJOR: quia baptismus est imitatio tantum symbolica passionis et mortis Christi, et tamen justificat, a fortiori realis imitatio.

MINOR: ex descriptione martyriū.

PARS 3a.

D 1031, 1033.

PROBATOR I:

Baptismus in adultis suppleri potest medio quod facit hominem a deo diligere.

ATQUI caritas vel contritio perfecta est tale medium.

ERGO baptismus in adultis suppleri potest contritione vel caritate perfecta.

MAJOR: ex tr. de Cratia: hom. qui diligitur a deo habet gratiam sanctificantem.

MINOR: ex Joan, XIV, 21-23 "Ego diligentis me diligo".

A 1, 13;

PROBATOR II ex Trad. SS Ambros. et Aug.

SCHOLION I

Infantes in lege gratiae non sunt in peiori conditione quam in lege naturae, in qua remedium peccato originali erat professio fidei nomine infantis facta.

Ratio est quod communicer et faciliter est applicatio baptismi.

SCHOLION II

De voluntate Dei salvifica relate ad infantes qui decesserunt ante baptismum. cf. Tract. De Deo Creante apud Mazella, no 285. Receptio baptismi pro eis dependet a causis tum physicis, tum moralibus inter quas est cura parentum.

De eadem voluntate salvifica quoad infideles fuerunt plures opiniones, quarum quaedam rejectae sunt.

De opinione Card. Billot. cf. Etudes. Tom. 165, pp 515-535. (5-20 décembre 1920). Juxta hanc opinionem, infideles, non tantummodo generum inferiorum verum etiam illi qui satis exulti sunt fere assimilantur infantibus sub respectu inputabilitatis moralis.

Pluribus videtur illa sententia non concordare cum universalis Dei voluntate salvifica et elevatione totius generis humani ad ordinem supernaturalem.

Sententia communis Ecclesiae est: hos infideles qui non acceperunt praedicationem Evangelii nec suscep-~~erunt~~unt Baptismum, possunt tamquam salvari, dummodo habeant fidem theologicam in Deum remuneratorem et sic habeant saltem implicite voluntatem suscipiendi Baptismum. Cetero quin "facientibus quod in se est" Deus non denegabit gratiam ad hunc actum fidei necessariam. (Cf. Tract. De Deo Creante)

DIFFICULTATES.

- 1- Lex non obligat ignorantem

ATQUI infideles negativi ignorant legem baptismi.

Dist. ?aj: lex irritans non obligat N. Alia, Tr. et Explige:

Lex baptismi irritat remedium legis naturae. (quod salvabat infantes ante circumcisio[n]em)

- 2- Verba Christi de necessitate Eucharistiae Joan VI, 54 sunt eadem ac verba de necessitate baptizandi.

Atqui illa non sunt necessaria necessitate mediis.

Ergo neque haec.

Nego maj. quia differunt 1) forma, 2) materia et
3) interpretatione Ecclesiae.

3- Juxta Paulum I, Cor VII, 14 filii fidelium sunt
sancti ante baptismum.

Ergo salvari sine baptismū possunt.

Dist. ant: dispositio (per circunstantias), C.
formaliter, (per gratiam), N.

4- Necessarium necessitate medii non potest sup-
pliri.

Atqui baptismus potest suppliri. Ergo non est ne-
cessarium nec medii.

Dist. Maj: medii externi, N. interni, C.

5- Ex thesi sequitur Deum non velle omnes salvos
fieri

Nedo ant: quia baptismus infantium ab iis pen-
det quibus infantes creduntur.

6- Christus non arctavit viam salutis.

Ergo baptismus non est necessarius.

Conc. ant: Nego cons. quia ante Christum necessarium
erat remedium legis naturae.

De ministro Baptismi.

THESES XXXIXa

OMNIS ET SOLUS SACERDOS EST MINISTER SOLEMNITA-
TIS ORDINARIUS PRO BAPTISMO, 2) ET MINISTER
EXTRAORDINARIUS EX DELEGATIONE EST DIACONUS,
3) QUILIBET HOMO RATIOINE UTENS VERO SEMPER VA-
LIDE BAPTIZAT ET IN CASU NECESSITATIS, ETIAM
LICITE.

MINISTER SOLEMNITATIS: utans coheremoniis ecclē-
siasticis.

IN CASU NECESSITATIS: in periculo mortis.

ADVERSARII: MARCIONITAE: eftam mulieres solemn-
ter baptizare possunt

CALVINUS: laici nunquam possunt

NOTA: 1a et 2a pars: Flor. 696 CERTAE

3a pars: CERTA ex later. 430

Pars 1a

PROBATOR:

Omnis et solus missus a Christo ad baptizandum est minister solemnitatis ordinarius pro baptismo.

ATQUI sacerdos est solus missus a Christo.

ERGO

MAJOR: evidens.

MINOR: Mt. XXXIII, 19,

Quod idem debeat extendi Apostolis et Episcopis, discipulis Christi et sacerdotibus. patet ex traditione ex praxi Ecclesiae. Cf. Dz 696, Rituale rom.

Pars 2a.

PROBATOR:

1) ex PP.

2) ex convenientia, quia Baptismus est maximae necessitatis ad salutem.

De subjecto Baptismi.

THEISIS XLa.

1) BAPTISMUS VALIDE ET LICITE INFANTIBUS CONFERRI POTEST, 2) NEQUE CUM AD AETATEM DISCRETIONIS PERVENERINT, REBAPTIZANDI SUNT, VEL INTERROGANDI AN RATAS HABERE VELINT BAPTISMI OBLIGATIONES?

INFANTES: homines nondum usu rationis furuentes,

ADVERSARII WALDENSES, ANABAPTISTAE: negant utilitatem pedobaptismi.

-146..

ERASMUS: (sac*e* VI) censem infantes
postea interrogandas scil. cum ad discretionem
pervenerint.

NOTA: la pars: DE FIDE CAT. Trid. D. 869
2a pars: DE FIDE CAT. Trid. D. 870

Pars 1a.

PROBATUR I

Ex co*s*ensu PP. Origenes, Irenaeus, Cypr. Ambr.

PROBATUR II

Unicum medium salutis potest valide et licite
conferri iis qui sunt capaces salutis;

ATQUI infantes sunt capaces salutis et baptis-
mus est unicum medium salutis.

ERGO baptismus valide et licite infantibus con-
ferri potest.

MAJOR: evidens.

MINOR: 1) ex tr. De Dec Creante. Deus vult sal-
vare omnes homines.

2) ex th. et argumentum Congruentiae ex
Script. Rom. V, 17; Joan. III, 5 vide apud Auct. 170
177.

Pars 2a.

PROBATUR:

Cum ad aetatem discretionis pervenerint in-
fantes non sunt rebaptizandi nec interrogandi
an ratas velint habere Baptismi obligationes, si
Baptismus eorum fuit validus et tenentur retinere
obligationes susceptas.

ATQUI Baptismus eorum fuit validus et tenentur
retinere obligationes susceptas.

ERGO infantes nec rebaptizandi nec interrogandi
sunt.

MAJOR: 1) non rebaptizandi quia baptismus est
initerabilis ex th. 32a.

2) evidens.

MINOR: 1) fuit validus, ex la parte hujus theseosé

- 2) tenentur vos probat tum jus naturale, tum jus civile,
tum divinum. Cf. Auct. 180

SCHOLION: Baptismus infantis in utero clausi est proba-
bilis.

DIFFICULEATES

1.- Contra Scholion

Non-natus nequit renasci.

ERGO...

Dist. ant: non natus, i.e. non conceptus, C.
non egressus, N.

2.- Non natus, non est viator.

ERGO nequit recipere sacramentum.

Nog. ant: Aliquis enim vel est in via vel in termino.

..143..

De confirmatione

THESES XLIIa *Ram 18.*

CONFIRMATIO EST VERE ET PROPRIE NOVAE LEGIS
SACRAMENTUM A BAPTISMO DISTINCTUM.

Confirmatio: est sacramentum Novae Legis quo baptizatus in gratia roboratur et ut miles Christi signatur.

MATERIA: quatuor sunt sententiae:

1a.: est manuum impositio.

2a.: est chrismatis unctionis.

3a.: apostolico tempore fuit impositio manuum
et post hoc tempus, chrismatio.

4.: tum chrismatio; tum impositio manus facta
simul cum chrismatione; haec sententia est
probabilior ex Concilio Lugd. II, D. 465,
Cf. Th. scd.

ROMA: hac utitur ecclesia Romana. D. 697 "Signo te signo crucis et confirmo te christate salutis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ecclesia Graeca dicit:
Signaculum doni Spiritus Sancti.

EFFECTUS a) character ex th. 32a

b) gratia sanctificans secunda et

c) jus ad gratias actuales ad profittendam fidem. n. 697.

MINISTER ORDINARIUS: episcopus ex Trid. 873

MINISTER EXTRAORDINARIUS: simplex sacerdos
delegatus. n. 697

ADVERSARI: NOVATORES et ALBIGENSES.

LUTHERUS: confirmatio est merus ritus ecclesiasticus. MODERNISTAE Cf. Dz. 2044.

NOTA: DE FIDE CATH. Trid. D. 871

a baptismō distinctus. n.D. 844

PROBATUR:

Signum sensibile productivum gratiae a Christo permanentem institutum et a baptismo distinctum est verum et proprio dictum novae Legis sacramentum.

ATQUI confirmatio est signum sensibile, productivum gratiae, a Christo permanenter institutum et a baptismo distinctum.

ERGO confirmatio est verum et propria dictum NOVAE Legis sacramentum.

MAJOR: ex definitionibus sacramentorum.

MINOR: Ex Act. VIII, 14-19; Act XIX, 1-6

- a) est signum sensibile: impositio manuum
- b) productivum gratiae: acceperunt Spiritum Sanctum.
- c) a Baptismo distinto:

Nam 1) ex Act. VIII, 14-19, Samaritani illi jam a diacono Philippo evangelizati et baptizati fuerant; nondum tamen Spiritum Sanctum acceperant, sive modo extraordinario discipuli die Pentecostes. (Act. II, 1-4) aut modo ordinaris, per ministerium Apostolorum.

2) ex Act. XIX, 1-6, Illi discipuli Ephesis (12 circiner) quos Paulus invenit nondum baptizatos, curat prius ut bantizentur, diende dat ipsis Spiritum Sanctum intentionem manuum.

d) a Christo permanenter institutum: tum:

1^o quia, solus Christus potuit alligare gratiam Spiritus Sancti ritui sensibili; tum

2^o quia Petrus et Joannes in Samaria, (Act VIII) Paulus Ephesi (Act. XIX) manifeste agunt juxta legem directionem determinatam et praecognitam, aut, (sic dicatur): juxta lineam aliquam quam si quis per regresum ascenderit ad antecedentia praedicationis Apostolicæ, imo ad intentionem Christi parveniet.

De hac autem Christi intentione testificant Sacrae Scripturae ex eo

1^o Quod, die Pentecostes, Apostoli et pauci discipuli Spiritum Sanctum acceperant modo extraordinario.

2^o ex eo quod Christus saepe antea jam promiserat omnibus fidelibus Spiritum Sanctum et quidem speciatim ad eos spiritualiter reborandos.

Joan. VII, 38; XIV, 16, 17, 26; XV, 26; XVI, 7, 8, 13;

Lc XXIV, 49; Act. I, 4-8

3^o ex eo quod illa institutio est adimpletio alicujus promissionis messiacæ; Joelis v.g. II, 28, de qua testificat S. Petrus, Act. II, 16; V, 32.

PROBATOR: II Ex Trad. ~~probatori~~:

- a) Ex PP. praesertim ex Tertium Cypriano, Ambrosiaster, Cyrillo Hieroglymitano; etc.
- b) Ex declarationibus Ecclesiae
Dz 498, 419, 424, 3465, 4543, 669, 871, 2044
- c) Ex Ecclesiarum orientalium consensu. I Pesch
499}
- d) Ex consensu Theologorum a saec. 120. S. Thom.
III q. 72 al

CONFIRMATOR rationale

Christiani non solum debent ut Christi discipuli vivere, sed etiam ut Christi milites pugnare; quare non vita tantum supernaturali demandant sunt, sed etiam viribus supernaturalibus ut inimicis possint resistere.

DIFFICULTAS.

1. (Contra textum Act. XIX, 1-6.

Data est gratia "gratis data"... non autem gratia.
"gratum faciens".

Dist Ant. Data est gratia "gratis data" tantum

N.

" etiam gratia" gratum faciens

C.

2. Confirmatio non fuit instituta a Christo:

Ergo non est sacramentum.

Dist Antec. quoad substantiam et accidentia, Tr.

quoad substantiam, N.

3. Sacraenta N.L. sunt necessaria ad salutem
(Trid. Dz 847)

Atqui Confirmatio non est necessaria ad salutem,

Ergo

Dist Maj.: necessaria saltem secundum quid, C.

" simpliciter sb. dist plura (saltem hypothetice et relative) omnia, N.

83
S. Thom. III. 72,

THESES XLIIIC

ESSENTIALIA ELEMENTA CONFIRMATIONIS SUNT UNCTIO SANCTO
CHRISMATE IN FRONTE CONFIRMANDI IN MODUM CRUCIS MANU-
FACTA ET VERBA SIGNATIONEM EXPRIMENTIA UBERIORIBUS
GRATIAM PER UNCTIONEM DATAM.

cf. S.Thom. III q. 72,aa. 2,3,4: Posch 502-521;
Comp. 86. Wirc. 141-185.

CONFIRATIO: sacramentum corroboracionis in fide.

ESSENTIALIA ELEMENTA: intrinsecus constitutiva ritus
sensibilis quae de necessitate sacramenti requiruntur
(quibus ex Dei institutione uestis vis significandi
et conferendi gratiam)

UNCTIO: actio qua quis aliquid oleo vel alio
pingui oblinxit.

SANCTUM CHRISMA: (usu ecclesiastico) mixtum quoddam ex
oleo olivarum et balzamo ab episcopo (saltu) jure
ordinario benedicto (CHRISMA etymologicus= "unguentum"
sou qualibet res ad unguendam apta.)

VERBA: formalia seu ordines rebata.

EXPRIMENTIA: aut de se aut saltu ex usu et adjunctis.

SIGNATIO: deputatio ad militiam christianam per carac-
terem.

Cactora quae in Confirmatione aguntur aut verbis ex-
primuntur, v.g. impositio manuum distincta ab unctione
manu facta praeceps quae huius impositioni respondent
in rituali romano etc, non sunt essentialia sacramento
confirmationis.

ADVERSARI: 1º) Sirmenius, Habert, alii: "Ritus essen-
tialis confirmationis adaequate consistit in imposi-
tione manuum et in invocatione Spiritus Sancti. Verba

"et chrismo te...te, sunt accidentalis caeremonia.
Cf. Pesch 519.

2º Tappo, alii: Ad valorem Confirmationis suppli-
cit tum sola manus impositio cum invocatione Spi-
ritus Sancti, tum sola Chrismatio cum verbis "Signo
te...." Pesch 519.

3º Alii volunt utrumque ritum cum utraque formula
esse de necessitate sacramenti. Pesch 511

4º Cajctanus, Sotus, alii putarunt oleum solum
non balzatum esse de necessitate sacramenti. Pesch
502 ad 2

5º Paludamis et alii putarunt consecrationem Chris-
matis non esse essentialiem. Pesch 213 in nota.

6º Multi theologi qui in variis sententias dividun-
tur de verbis essentialibus in forma latina.

- a) Suarez, S'Alph." Omnia verba sunt essen-
tialis".
- b) Estius:" Signo te signo crucis" non
sunt essentialia.
- c) Amicus: solum verbum "Confirmo" est es-
sential.
- d) Arnaeanus et alii: Sola verba: In no-
mine P. et F. et Sp. S. "sunt essentialis."

NOTA: 1º) Quod de necessitate Sacramenti
requiruntur tum actio symbolica corroborati-
onis in fide tum verba gratiam corroborati-
onis experientia est saltem. FIDE
CERTA.

2. Quod haec actio et haec verba sint
ca praeceps quae in thesi enuntiantur est
OPINIO PROBABILIOR.

PROBATUR:

- 1º) In Sacra Scriptura essentialia elementa Conf.
indicantur impositio manus et oratio, sed
- 2º) ex Traditione impositio illa manus nil aliud

est nisi unctione sancto chrismate in fronte confirmandi
in sanguine crucis manus facta;

3º) Similiter ex Trad. oratione illa quae necessitatem
sacramento spectat, est formula verborum quae significacionem
exprimunt uberioraque gratiam per unctionem datam.

ATQVI Haec importantia elementa essentialia Confim. esse

ERGO

MINOR: evidens.

MAJOR: In pars 1º Nullam difficultatem facit, cf. Act.
VIII, 1418, Act. XIX, 1-6.

2º) Declaratur quod singula-siclicet.

a) Impositio illa manus confirmatoria
quae in Act. intelligitur unctione frontis
manu facta.

Patet ex PP. presortim. Tortul, Cyr
Cyrillus Hieros. (Pesch 497)

b) Ex Declarationibus Ecclesiae, principuc imm
Innocentis I, Dz 98; Innocentis III, Dz 419,
424;
Cone. Ludg. II, Dz 465; Eug. IV Dz 397; Tri. Dz 372.

c) Ex usu Ecclesiae; quia nulla alia manus
impositio in administrando hoc sacramento
ubique in usu est propter eam quae fit in
signanda fronte.

d) Haec est theologorum multo

Communior sententia.
ST. Them. III q. 22, a. 3, 2, 9, Pesch 512sq
515-520.

Maj. 2a pars, 2am membris. "Sancto chrismato".

Sancto chrismate ad quod

- a) saltem oleum requiritur; jam sufficienter ex P.P supra citatis constat.
- b) cum balzamo mixtum:

Ita docent Eugen. IV D. 697 cui favet Trid.

D. 872

Idem docent plurimi Théologi. S. Thom. III, 72, a2

c) ab episcopo saltem jure ordinario benedictum.

Ita docent Clemens VI D. 571 Clemens VIII

D. 1086.

Theologi omnes, paucis exceptis, S. Th. III q 72, a2.

2a pars 3um membrum: "In medium crucis"

Probatur:

- 1) eo quod indicatur berbis formae latinac "Signo te signo crucis".
- 2) Insiniatur a PP. "signo dominico".
- 3) praescribitur Ritualibus orientalibus et occidentalibus; Unde dicenda est derivari ex apostolica traditione.
- 4) Haec est valida communis sententia theologorum. (Pesch 514)

Maj. 3a pars.

Non potest quidem probari ex PP. qui nulla determinata verba in-icant (no prodere videntur D. 98); sed solum indeterminate orationem; potuerunt tamen formulae etiam, secundum grammaticam indicative orationes vocari eo sensu quo omnia verba sacramentalia, nimirum non necessario explicite sed tacite in quantum nomine Christi prouuntiantur ad obtainendum effectum gratiae. Jamvero si comparentur inter se verborum formulae certo valide. v.g. latina: Signo et signo crucis et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, etc,

et formula graeca: "Signaculum Domini Spiritus Sancti" nil aliud commune illis formulis apparet nisi expressio signationis uberiorisque gratiae per uniuersitatem datae.

Unde hoc et hoc solum essentialiter exprimi videtur. (Pesch 525-529)

DIFFICULTATES

1. Christus Apostolis dedit Spiritum S. absque Chrismatione Act III, 1-4; et ipsi etiam apostoli confirmabant per salam impositionem manum: Act VIII, 14-19; XIX, 1-6.

(ERGO chrismatio seu unctione non est necessaria.
Ant. Iun.) Cone.

Dist. 2m Apostoli confirmabant per impositionem manus distinctam a chrismati N.
per impositionem non distinctam, C.

¶ 2. Eugenius IV dicit: Loco autem illius manus manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio.
Dz 697. Ergo, chrismatio seu unctione non confundenda est cum illa impositione manus.

Dist. ant. Loco impositionis manus nunc exclusive
datur chrismatio, N.
sacramentum enim chrismatico dictum
nunc confirmatio dicitur. U.

Sensus est quod rei successit nomen.

3. Chrismatio frontis nequit dici esse idem ac impositione manus. (Sirmundus)

H. Ant Cf. IIc, VDE, 332 sq.

4. Verba de necessitate sacramenti sunt oratio
qua Sp Sto.
Atque verba de quibus in thesi non sunt oratio
qua invocatus Sp. Stus.

-156-

Dist maj! Sunt oratio aut explicata: aut tacita, c.

" " necessario explicata, N.

Omnia verba sacramentalia possunt dici oratio in quantum nomine Christi dicuntur ad ostendendum effectum gratiae. (Posch 929).

DE EUCHARISTIA

De praesentia reali:

THEISIS XLIIIA *Eiam 19*

XIII

VERA, REALIS ET SUBSNTIALIS PRAESENTIA IN EUCHARISTIA
INVICTE CONSTAT EX SCRIPTURIS.

VERA PRAESENTIA; non in figura tantum.

REALIS PRAESENTIA: non in signo vel symbolo tantum

SUBSTNTIALIS PRAESENTIA: non sola virtute, ut in aliis sacramentis.

EUCHARISTIA: Sacramentum, sub speciebus panis et vini,
corpus et sanguinem Christi continens, ad producen-
dam gratiam per modum spiritualis cibi, et ita a
Christo Domino institutum ut dum conficitur Sacra-
mentum, verum et proprium sacrificium Deo Patri
offeratur. (De diversis nominibus cf. Auct. 194)

ADVERSARI: N.B. Usque ad saec. IX nulli directe et
publice impugnaverunt dogma realis praesen-
tiae.

Docetae, cum negarent Christon substantialem
canem consequenter debuerunt negare realem
praesentiam in Euchariatia.

Scotus Erigena visus est ab aliquibus ne-
gasse realem praesentiam Non constat.

BERENGARIUS: (Saec XI), PETROBRUSSIAN: (Saec. XII),
ALBIGENCE (Saec. XIII), Wiclefius?, negant realem prae-
sentiam ZWINGLIUS: Eucharistia est tantum signum

Christi

CECOLAMPADIUS " " " figura

Christi.

CALVINUS: Christus est in Eucharistia virtute tantum

ANGLICANI: RECENTIRES (Exceptis RITUALISTIS):

Corpus Christi accipitur et manducatur
spirituali manducatione, i.e. per fidem.

LUT. IRANI MODERI (Non ipse LUTHERUS) saltem dubi-
tant de reali praesentia.

NODI INISTAE: q. Dz. 3045.

NOTA: Quod Christus sit VERE REALITER et SUBSTAN-
TIALITER in Eucharistia est 883
DE FIDE CATH. ex Trid. Dz. 874 "Disertis...")
Ut thesis enuntiatur est DE FIDE CERTA.

Carpe. p. 1. c. 1
PROBATUR I Ex verbis promissionis: Joan VI, 26sqq.

I.1-25:..... narratio multiplicationis
panum et deambulationis
Christi super aquas.

DIVISIO

CAPITIS II-26-48:.... Christus declarat se esse
49-60:.... panem vitae
Ulterius declarat Christus
illud coeleste elementum
suam carnem esse sanguine.

Juxta Protestantes: Christus declarat se esse
panem vitae in eodem
sensu tum in primae tum
in altera parte, scil.
quatenus omnes qui credunt
in illum habent vitam aet-
ernam.

Christus est panis vitae
aliquos:... per fidem in ipsum in la-
parte et est panis vitae
per veram manducationem
in 2a parte,

Christus in utraque par-
te loquitur de pane eu-
alios:.... charistico, etsi obscure
et dispositio in la par-
to, clare autem in ul-
tima.

Ad demonstrationes thesis, sufficit arguere ex ultima parte v.v. 49-59.

ARGUMENTUM:

Vera realis et substantialis Christi praesentia in Eucharistia invicto constat ex Script. si verba Christi saltem in ultima prate sermonis.

Joan VI, 49-59, in sensu obvio et proprio sumi debent.

ATQUI, verba Christi, apud Joan.VI, 49-59 sensu obvio et proprio sumi debent.

ERGO.....

MAJOR: Nam tunc illa verba significant propriam carnem Christi manducandam manducatione orali ipsumque sanguinem Christi bibendum potionē orali, quod certe non nisi in Eucharistia datur.

MINOR:

Ex textu...

a) Christus dicit:..."Caro mea est;" qui manducat meam carnem (v. 55) "Caro mea vere est cibus "et sanguis meus vere est potus.(V. 56)

b) Excluditur sensus metaphoricus,

Sensu enim metaphorico, "manducare carnes", "bibere sanguinem", apud Orientales et ex usu Scripturae significant; afficere injuriam praesertim per calumniam.

Cf. Job XIX,22; Mich.III,3. Gal.V.15

II Ex contextu:

1. Christus diserte asserit panem quem dabit, esse propriam carnem, (V. 52)

2. Murmurantibus iudeis, sub comminatione mortis spiritualis praecipit manducationem carnis suae (V. 54)

3. Idem praecipit sub promissione vitae aeternae. (V. 55)

4. Rationem assignat hujus manducationis quae excludit sensum metaphoricum. (V.56)

5. Effectus declarat hujus manducationis. (V.57).

III Ex adjunctis.

a) ex natura loci:

Christus dat praeceptum!
Nisi manducaveritis...non habebitis vitam
eternam! (V. 54)

b) ex persona Christi:

Auditoribus Christi intelligentibus agi de
vera et reali manducatione carnis ejus, Chris-
tus non modo errorem non corredit, sed sensum
realis manducationis confirmat (V. 54 sqq).

IV. Ex auditorum intelligentia, ut patet ex V.V.
53, 61, 67.

V. Ex Soc. Christianae interpretatione: Orig., Ba-
silius, Cypr., Ambros., Cyr. Hieros. Hilarius, etc.

VI. Ex facto verificante promissionem, ut proba-
bitur infra.

DIFFICULTAS:

Christus dicit: Spiritus est qui vivificate
caro non prodest quidquam; verba quae
ego locutus sum vobis spiritus et vita
sunt. (V.V. 62-64)
Ergo Christus ipse declaravit sua verba
sensu metaphorico esse intelligenda.

Dist. ant. " caro non prodest quidquam.. " i.e. verba
Christi excludunt sensum realem crudum
prout intelligebant Capharnaiticci. C.
excludunt sensum realem simul et spiri-
tualem, N.

De diversis interpretationibus hujus loci cf. Auct.
et Auctores. Sunt tres explicationes.

PROBatur II Ex verbis institutionis (arg. praec-
cipuum) Matt XXVI, 26-29; Marc XIV, 22-25; Lyc XXII
15-20.

N.B. Supponimus textus esse authenticos. Cf. Auct.
Scholion. 207).

Vera, realis et substantialis Christi praesentia
in Eucharistia invicte constat ex verbis institutionis
in haec verba sensu proprio et obvio sumi, debent.
ATQ[UE] sensu proprio et obvio sumi debent.
ERGO....

MAJOR. Quia tunc ipsum proprium corpus Christi proprius-
que ejus sanguis, seu ipse Christus vere et realiter est
praesens in Eucharistia.

MINOR:

I Ex textu.

Juxta legem communem loquendi et nisi sit
ratio aliter intelligendi, scil. sensu figurativo, ver-
ba sunt sumenda in sensu proprio et obvio, et tunc,
haec verba: " HOC EST CORPUS MEUM" significant p[re]a-
dicatum, " CORPUS MEUM" esse objective identicum cum
subjecto sententiae ex textu gracco:

similiter dicendum de verbis: " HIC EST SANGUIS IESUS",
praesertim si iterum attendatur ad textum graecum.

Quod autem verba illa sensu aliquo figurativo inter-
pretanda essent, hoc exigitur neque ex natura rei neque
ex institutione communiter cognita, neque ex indole
orationis vel ex adjunctus,

Ex nulla ex his rationibus aut aliis similibus.
"HOC", i.e. quod Christus tenet manibus, significat
CORPUS CHRISTI; aut "HIC" i.e. quod Christus habet in
calice significat SANGUinem CHRISTI.

II Ex adjunctis:

a) Ex conditione Apostolorum.

1) Apostoli, quibus Christus loquebatur,
erant simplices et prompti ad lectiones evidenter
metaphoricas sensu vero et proprio intelligendas.
2) Christus noscebat illos esse paratos ad practandam

suis miraculis; ergo si voluisset figurative tantummodo loqui debuisset eos monere.

b) Ex natura rei de qua agebatur:

scil. de institutione Sacramentii; de instituendo testamento et memoriali perpetuo amoris Christi; de lege celebrandi sacrificium jam vero in rebus hujus momenti, Christus non poterat locum dare de quovationibus.

c) Ex persona Christi.

Christus sciebat sua verba ab apostolis sensu proprio et obvio intelligenda esse; sciebat etiam suos Apostolos futuros esse magistros populorum: igitur non poterat illos relinquere in errore circa rem tanti momenti.

III Ex modo quo haec verba ab Apostolis et ab Ecclesia intellecta sunt; scil. sensu proprio cf. Trid. Dz 874.

IV Ex confessione et ratione agendi Protestantum.
Plures verba Christi in sensu proprio accipiunt:
Lutherus. Qui admittunt sensum metaphoricum diversas interpretationes affirunt, quod certissime non volebat Christus.

PROBATOR: III ex verbis Pauli I Cor. XI, 27-29.

Paulus, hoc loco, asserit eum qui indigno accipit Eucharistiam esse regum corporis et sanguinis Christi.

ATQUI indigno susceptio Eucharistiae non potest dici crimen in corpus et sanguinem Domini si in ea tantum adest figura corporis et sanguinis Christi.
ERGO...

MINOR: Constat a) ex comparatione cum aliis myste- riis Judaeorum, v.g. cum manducazione Agni paschalis.

Qui cum in peccato manducabant non dicebantur "rei" corporis Christi, vel "rei" Spiritus Sancti.

b) ex ratione Apostoli: "quia non est dijudicans corpus Domini", i.e. non estimat Eucharistiam id quod revera est. scil. corpus Domini. Haec ratio pondus non haberet si corpus Christi revera non esset in Eucharistia.

c) Ex Pauli verbis XI, 16, "Qali benedictionis... nonne communicatione sanguinis Christi est? et panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est?"

DIFFICULTATES.

1. Panis in v. 52 est idem ac panis in v. 35.
ATQUI hic est metaphorius.

ERGO ille,

Nego majorem, in v. 35 agitur de fide in ipsum Christum.

2. Ex v. 57 Christus loquitur de re tunc existente.

ATQUI Eucharistia non dum existebat tempore quo Christus loquebatur

ERGO falsa probatio.

Nego majorem Christus loquitur oratorio modo de re futura tanquam dorre praesente.

3. Christus loquitur de re quae infallibiliter confort vitam aeternam.

ATQUI Eucharistia non infallibiliter...

ERGO....

Dist. maj.: conditionate, C. absolute, N.

4. Christus loquitur de re necessaria ad salutem.

ATQUI Eucharistia non est necessaria ad salutem.

ERGO Christus non loquitur de Eucharistia.

Dist. Maj: necessitate praecepti, C. medii, N.

5. Ex SS. "est" adhibetur pro "significat." Ex XI, 11;

Gen. XVII-10.

Ergo argumentum institutionis est nullum.

Dist. ant: quando hoc constat ex natura rei, vel usu vel administratione, C. secus, N.

6. Propositio "Hoc est corpus meum" in sensu obvio falsa est.

Ergo sensus est metaphoricus.

Nego ant.

Probo ant.

In sensu proprio pronomen "Hoc" demonstrat vel panem vel species vel corpus Christi.

Atque si ea velio evidentia falsa. Si ergo falsa quae corpus Christi nondum est praesens quando pronuntiatur.

Conec. Maj.

Hinc: la et Za pars, C.

Za, N.

Ad probationem: dist: non est praesens in fine sententiae, N. ante, C.

Propositio "Hoc est corpus meum" est practica. Ideo "Hoc" cum initio sententiae demonstrat panem transconuentem et, in fine, Corpus Christi praesens.

7. Ex Mt. XXVI, 29. "Plus vobis non bibam sanguinem vitis... Calix post consecrationem continebat vinum. Ergo falsa thesis.

Nego autem: quia haec verba vel dicta sunt ante consecrationem vel demonstrat sanguinem Christi quoad originem et species.

8. Illud quod commemoratur verbis "Hoc est corpus...".
Luc XXII, 15 est absens.
Atque illud est Christus.

Ergo Christus est absens et sic non valet argumentum.

Dist. Maj: praesens sed invisibilis, C. I. Cor., IX, 23
tantum absens, N.

9. Illud quod est in Eucharistia frangitur.

Atque Christus non frangitur.

Ergo Corpus Christi non est in Eucharistia.

(I Cor., 11, 24) II, 24.
Dist. Maj; frangitur ratione specierum, vel distribui-
tur vel sacrificatur, C.
frangitur proprio; et ratione, N.

De praesentia reali e Traditione.

THESES XLIV

TDTA CHRISTIANA TRADITIO INVICTE DEMONSTRAT IN SANCTISSIMAE EUCHARISTIAE SACRAE TO, VERE, REALITER ET SUBSTANTIALLITER COPTINERI CORPUS ET SANGUinem CHRISTI DOMINI.

ADVERSARII: concedunt thesim pro saeculo Vo et sqq.

Unde sufficiet affirme testimonia a Saeculo 1o ad 4m.

NOTA: CERTA et COMUNIS.

PROBATOR: I Ex PP., R. 6, 10,

Pro saeculo 1o Didache Apostolorum, Clemens rom., S. Ignatius.

Pro saeculo 2o S. Justinus (Apol. L. I, n. 65, II, 67, 427)

Pro saeculo 3o Tertullianus (De resurr. carnis c. 6, II 7, 1027 sq) Origenes, Cypr. (De orat. Com. n. 16).

Pro saeculo 4o Cyrellus Hieros.

PROBATOR II

- 1) Ex Liturgiis,
- 2) Ex adoracione fideliuum
- 3) Ex caluminis Ethnicon
- 4) Ex picturis
- 5) Ex inscriptionibus
(cf Auct.)

DIFFICULTATES.

1- PP. dicunt Eucharistiam esse figuram corporis Christi.

Dist ant: quoad species. C.
quoad rem. N.

2- PP. dicunt: "Non manducamus corpus Christi."

Dist ant: Non manducamus modo cibharnaitico, C.
non manducamus realiter, N.

3- PP. dicunt: "Eucharistia non continet corpus natum
ex Maria Virgine."

Dist. ant: non continet corpus passibile, C.
non continet corpus gloriosum, N.

Probatur praesentia realis argumentis indirectis.

THEISIS XLVa

LOGIA DE REALI CRISTI PRAESENTIA IN EUCHARISTIA
ITA CREDIBILITATIS SPLENDORE FULGET, UT, ETIAM
SEPOSITO EXAMINE TESTIMONII DIRECTI SCRIPTURAE ET
TRADITIONES, ARGUMENTIS APERTE COMPROBETUR.

ARGUMENTA INDIRECTA: argumenta per absurdum.

SENSUS: theses: Si non est revelatum Christum
realiter praesentem esse in Eucharistia, sequun-
tur absurdia.

NOTA: CERTA et COIUNVIS.

PROBATUS:

Admittenda sunt sequentia facta historica

1) Magna et praestantior pars generis humani i.e.
christiani semper credidit in praesentiam realem
Christi in Eucharistia.

2. Eucharistia, seu sacramentum corporis et san-
guinis Christi, ubique et constanter fuit fons
virtutum omnium.

3. Christiani non solum modo crediderunt in Eucha-
ristiam, sed eam adoraverunt.

ATQUI illa facta essent sine explicatione si non
est revelatum Christum esse realiter praesentem
in Eucharistia.

ERGO Admittenda est realis Christi praesentia in
Eucharistia

MAJOR: tota patet ex Historia.

MINOR: 1) Quia tunc hujus fidei, non explicarentur
a) Origo; agitur enim de credenda re quae

repugnat testimonio sensuum, modo consueto quo ratio judicat de rebus corporis et quae supponit de natura corporum, extensione etc, conceptus quos ratio sola non potuisset invenire.

b) propagatio: Agitur enim de propagatione in tota Ecclesia romana, et quidem non apud solos plebeios, sed apud eos etiam quiescentia, auctoritate, cultura, probitate, etc. conspicui fuerunt. Nec potuit illa fides introduci per aliquem aut aliquos homines, post revelationem christianam, quia, vel hoc factum fuit recente et sensibili modo, et tunc cogonserentur auctores, Iesus, tempus, etc; - vel factum fuit lente et insensibili modo, sed tunc non explicatur quomodo jam a primis saeculis illa fides erat universalis in Ecclesia. - Me quomodo tanta pars humanitatis potuerit, absque fundamento, reci ere doctrinam tam contraria tam testimonio sensuum et saltem apparen- ter rationis praescripto.

c) diurna conservatio:

Nam error si forte universalis possit fieri, tamen non perpetuus, ita ut nemo fuisset qui non detegisset cum et contra eum reclamavisset.

MEN. 2) Illusio et error si quandoque possint esse causae virtutis per accidens, hoc certò non non possunt fieri universaliter et constanter: Error enim est dolicens et contrarium virtutis;

MEN. 3) In hoc casu, adoratio illa esset abominabilis idolatria. Jamvero, non potest explicari quomodo tanta et tam praestant pars humanitatis tantae abominationi fuerit per secula et adhuc sit obnoxia.

Nec posset explicari quomodo Christus ipse tantam abominationem in sua Ecclesia quae debet esse sine macula potuisse permettere.

SCHOLION: De convenientia institutionis Eucharistiae cf. Auct. n.n. 229-231.

De modo quo Christus fit praesens in Eucharistia et existit.

THEISIS XLVla. *8-ans 20*

CHRISTUS 1) FIT PRAESENS IN EUCHARISTIA PER CONVERSIONEM TOTIUS SUBSTANCIAE PANIS ET VINI IN CORPUS ET SANGUINEM SUUM, QUAES CONVERSIO,
2) APISSIME TRANSSUBSTANTIO DICITUR.

CONVERSIO TOTIUS SUBSTANCIAE.

CONVERSIO in genere: est transitus unius rei in aliam.

Tric requirit:

1. terminus "a quo" et terminus "ad quem" fit transitus.

Ex hoc capite, conversio differt cum a creatione tum ab annihilatione.

2. Nexus seu ordo inter utrumque terminum, qualiter prior desinet ut generetur alter.

3. Aliiquid commune inter utrumque terminum.

(juxta plurimorum sententiam, - et juxta omnes, si agitur de mutationibus naturaliis).

Ex hac tertia conditione patet aliquid in terminis dessinare, et aliquid ut commune manere. Hinc distingui solet:

terminus ("a quo" et "ad quem") totalis, et
terminus ("a quo" et "ad quem") formalis.

Terminus totalis: tota res concreta quae converti dicuntur, aut quae per conversionem fit.

Terminus formalis: pars termini "a quo seu ratione" est quae desinit esse; aut pars termini "ad quem" quae de novo fit.

In conversione quae fit TRANSSUBSTANTIATIONE.

Species - color, gustus, - pondus, tactus, odor, figura,
dispositio, extensio.

Particulae totalis "a quo": est substantia panis cum accidentibus.

" formalis " " : sola substantia panis.

" toalis "ad quem": sacramentum

Eucharistiae, corpus Christi sub speciebus panis.

" formalis "ad quem": substantia corporis Christi.

Tertium commune manens: accidentia panis.

Desitio termini "formalis" a quo" et existentia termini "formalis" ad quem" dicuntur relative ad rem quae fit per conversionem, non absolute. v.g. anima quando corpus in cadaver mutatur non destruitur, sed desinit relate ad cadaver.

Unde haec conversio non est annihilationis panis; quia hic non desinit in nihilum sed in corpus Christi; non est creatio corporis Christi, quia hoc jam existit.

Conversio haec est evidenter substantialis, non accidentalis.

Non est partialis, sed totalis nam termini formales "a quo" et "ad quem" non sunt pars substantiae panis vel corporis Christi, sed sunt tota substantia panis et tota substantia corporis Christi; et ideo haec conversio non dicitur mera transformatio sed TRANSSUBSTANTIATIO.

TRANSSUBSTANTIATIO igitur definitur:

Conversio totius substantiae panis in substantiam corporis et totius substantiae vini in substantiam sanguinis Christi, manentibus unitarum speciebus panis et vini.

SIMUS THESEOS. Christus fit praesens in Eucharistia per Transubstantiationem.

ALVENSARII: PROTESTANTES qui diverso modo explicant.

Alii dicunt: Christus est in Eucharistia "cum" vel "in", vel "sub" pane et vino: COMPARATIO, CONSUBSTANTIATIO.

Alii, ut Osiander: Christus uniter cum pane et vino per unionem hypostaticam: IMPATATIO

Alii, Lutherani moderni: Christus uniter cum pane

et vino per aliquam UNIONEM SACRAMEN-

TALEM. *Minardus Renini + gallo. Hildesheim. Germanna. fuit p[ro]f*
NOTA: DE FIDE CAT. ex Trid. Dz 884, 355, 44, 430, 465, 581-3,

PROBATUR: I

Christus fit praesens in Eucharistia per verba
"Hoc est corpus meum".

ATQUI ita fieri praesens est fieri praesens per
transubstantiationem.

ERGO....

MAJOR: ex thesi 43a

MINOR: Haec verba; "Hoc est corpus meum" enuntiant
identitatem substancialis inter praedicatum et
subjectum.

Atqui, haec identitas adest et proinde contentia
est verba si non supponatur Transubstantiatio;
est autem falsa si non supponatur Transubstantia-
tio. Ergo.

Ultima minor patet ex eo quod si supponatur
Transubstantiatio panis convertitur in corpus
Christi, dum propositio "Hoc est corpus meum" enun-
tiatur ita ut, complta propositione, subjectum
"Hoc" designat corpus Christi in statu permanenti.
Si autem, verbis prolati, adhuc aliquid substancialis
panis remaneret, tunc non exprimeretur identitas
inter praedicatum "corpus meum" et subjectum "hoc"
et propositio esset consequenter falsa.

Subjectum "Hoc" ante conversionem significabat
in determinate tota res praesens, i.e. substancialis
panis cum speciebus; mutata substancialia per verba
Christi, speciebus, quibus corpus Christi potest
demonstrari.

PROBATUR II Ex Traditione.

1) Ex PP.

Dicunt: a) Ante consecrationem esse panem et
vinum, post verba consecrationis, non amplius
esse panem et vinum sed corpus et sanguinem Chris-
ti. Cyr. Hieros.

b) panem fieri transire, trahferri
mutari transmutari, transclmentari in corpus
Christi.

mutare in corporis Christi ad medium mutationem naturalis;

-171-

Greg. Nys., Chrys.

- c) Ad illustrandum hoc mysterium appellent ad mutationem naturalem panis et vini in carnem et sanguinem hominis per alimoniā; ad opus creationis; ad mysterium Incarnationis et formatiōnē corporis Christi per virtutem Spiritus Sancti ex Maria Virgine; ad miraculosas conversiones aquae in vi-
num, aquae in sanguinem etc. Justinus, Greg. Nys., Cyr, Hieros., Ambros., Chrys. etc.

2) Ex Liturgiis

3) Ex consensu universali D.D. S. Bonav.

S. Thom. III, q. 75 aa 1-8.

4) Ex consensione Eccl. Graccac.

5) Ex Ecclesiace declarationibus:

Gregorii VII contra Berogarium. Dz 355.

Concilii Later. IV contra Albigenses, Dz 430

Innocentii III, Epist. ad Johannem, Dz 416,

Lugg II, in Professione fidei Nichacli Palaeologi,
Dz 465.

Constantiensis, contra Wicelofium. Dz 581, seqq.

Trid. Dz 877, 884.

PROBATIO III ex ratione Theol. Cf. Auct. 240.

II^a Pars Th. satis patet ex prænotandis et ex proba-
tione in I^a parte.

SCHOLION: I

1) Nexus inter dōsitionem termini "a quo" et po-
sitionem termini "ad quem" non est extrinsecus, v.g.
ex decreto Dei; sed est intrinsecus, i.e. ex natura
rei.

2) Transsubstantiatio active sumpta est:

a) juxta aliquos productiva vel reproductive (alii
malunt dicere conservativa vel replicativa) i.e. est
actio qua idem esse substantiale quod habet corpus
Christi in coelo, reproducitur sub speciebus. Ita
dicunt reproducere corpus Christi sub speciebus,
quia sufficeret ad corpus realiter producendum si
jam non existoret.

Suarezius, Lessius, Coninck, Hurtado, Tannor, Arriaga, Franzelin, Sasse, de Augustinis, Picciarelli et Thomistae communiter.

b) juxta Billot: Est actio simplex pure positiva non habens terminum negativum; ea nullo modo versatur circa corpus Christi sed solum circa suosstantiam panis, et consistit in eo quod Deus, auctor entis, quid cuius est entitatis in substantia panis, immediato (i.e. sine actione negativa, qua substantia panis, in nihilum reducatur.) mutet in id, quod est entitatis in substantia corporis Christi.

c) juxta alios: Est actio adductiva (constitutiva, maxime dicens de Lugo) qua scil. corpori Christi supernaturaliter infunditur qualitas, vi cuius substantia corporis Christi accedit, substantia panis in ordine ad sustentanda efficienter, (non imitative) accidentia. Hac adductio fit sine motu locali.

Videtur praeferenda.
De Lugo, Scotus, Tolotus, Bellarmino, De Valentia.

SCHOLION II

Historia evolutionis dogmatis Transsubstantiationis. Tres epochae:

- 1) fides simplex.
- 2) controversia
- 3) definitio dogmatica.

DIFFICULTATES

1. De poculo vini dicitur: "Hoc est vinum" et sensus est "Hoc continet vinum."

Ergo corpus meum significat "hoc continet corpus meum".

Contra ant. Nego cons. quia de primo est consuetudo loquendi non de secundo.

2. PP. dicunt remanere panem post consecrationem.

Ergo falsa thesis.

Dicitur autem: remanere panem quoad apparentiam, C. quoad rem. N.

3. Verbum est homo sine transubstantiatione.

Ergo similiter panis potest fieri corpus Christi sine transubstantiatione.

-173-

Dist. ant: quia Verbum est immutabile, C. secus, N.

4- Ubi habetur effectus panis et vini ibi est panis et vinum.

Atqui in Eucharistia habentur effectus panis et vini
Ergo est

Dist. maj. C. ibi est panis vel species panis, C.
ibi est necessario panis, N.

5- In analysi chimica invenitur substantia panis. Ergo
substantia panis sub eis manet.

Conc. ant. Negat cons. quia species agunt ut subs-
tantia.

6- Ex thesi sequitur deceptio.

Ergo falsa...

Dist. ant: deceptio sensuum, N. b:

" intellectus, sub:
si negligitur hypothesis addenda cer-
titudini physicae, C.

si servatur haec hypothesis, N.

Hypothesis= nisi Deus interveniat per miraculum.

De objectiva realitate specierum.

THEISIS XLVIIa

SPECIES SACRAMENTALES, NON SUNT MERE APPARENTIAE VEL
SUBJECTIVAE MODIFICATIONES IN SENSIBUS NOSTRIS, SED
OBJECTIVAM HABENT REALITATEM.

SPECIES SACRAMENTALES: objecta sensuum ante et post
transsubstantiationem.

MERE APPARENTIAE VEL SUBJECTIVAE MODIFICATIONES: phoe-
nomena quae a Deo immediate producerentur in nos-
tris sensibus.

PERMANENTIA SPECIERUM explicatur:

1) vel dicendo quod species sunt accidentia objec-
tiva absoluta, i.e. realiter distincta a substantia
per miraculum absque subjecto manentia. Scholastici. Mc,

2) vel, quod Deus supplet ondulationes substantiae panis et sic producit ~~vires~~ resistendi quam atomi et moleculae panis et vini naturaliter habent.

Atomistae

3) vel, quod materia imponderabilis aether supplet vires quas habebat panis

4) vel quod consistunt in viribus inextensis secundariis quae existunt sine viribus principali- bus Dynamistae.

N.B. Prima opinio est probabilior.

SENSUS THESEOS.

Species Eucharisticae sunt aliquid extra nos.

ADVERSARII: CARTESIUS: Deus immediatae causat in sensus nostros affectiones quae antea a pane causabantur.

(Temerarium)

NOTA: CERTA ut conclusa ex Trid. 884.

PROBATUR I Ex PP. et DD.

Patres 1^o species-sensibiles vocant rem materiale rem sensibilem-2^o Distinguunt inter corpus Christi et signem ejus, i.e. species.- 3^o Dicunt v.g. mystica symbola a sua natura non recedere a sensibili essentia non excidere.

4^o Ex realitate quantitatis et qualitatam' panis et vini, quae facta conversione substancialium manent ostendebant realitatem naturae humanae manentem cum divinitate unitam in una persona Verbi.

PROBATUR II (Ex ratione)

Si thesis non esset vera, Eucharistia non esset sacramentum.

ATQUI est sacramentum.

ERGO thesis est vera.

MAJOR: quia Eucharistia non esset signum sensibile.
MINOR: ex th. 28a

PROBATUR: III (Ex alia ratione) Arg. probable.
Christus fit praesens in Eucharistia per conversionem totius substantiae panis et vini in corpus et sanguinem suum.

Atqui taliis conversio supponit permanentiam specierum.
ERGO...

MAJOR: Ex th. 46^a

MINOR: Ex eo quod in omni conversione probabiliter ali-
quid permanere debet.

SCHOLION:
De habitudine inter corpus Christi et species.

Corpus Christi.

- 1) Non est sub species sicut forma in materia.
- 2) Non est sicut subjectum inhaesioneis specierum;
- 3) Est speciebus alligatus i.e. quasi contentum a specie-
bus et ab eis visibiliter demonstratum.
- 4) Est sub speciebus modo Spirituali et invisibili, glo-
rioso et impassibili.
- 5) Movetur non ratione sui sed ratione specierum.
- 6) Non nisi improprie frangitur, tangitur, videtur etc...
- 7) Unde unio Christi cum speciebus non est unio physica
sive substantialis sive accidentalis, sed unio moralis
fundata tamen in physica et reali praesentia corporis
Christi sub speciebus, quae unio proprie vocatur unio
sacramentalis.
- 8) Praeterea admittenda est etiam probabiliter unio quae-
dam effectiva de qua cf. Auct et auctores.

De modo quo Christus existit sub speciebus Eucharisticis.

THESIS XLVIIIA *Ram 2*

CHRISTUS EST TOTUS SUB QUALIBET SPECIE, ET SUB SINGULIS CUJUSQUE SPECIEI PARTIBUS NON MODO POST SEPARATIONEM FACTAM, SED 2) ETIAM ANTE SEPARATIONEM. S. Thom. III q. 76, a 1.2

CHRISTUS est TOTUS:...non tamen eadem ratione:

- a) Vi verborum, sub specie panis est tantum corpus Christi, et sub specie vini tantum sanguis.
- b) Vi concomitantiae sub specie panis est praesens etiam sanguis et anima^c Sub specie vini est etiam corpus (et anima) Christi.
- c) Vi unionis hypostaticae, est etiam Verbum in Eucharistia, in utraque specie, (Hoc est evidens)
- d) Vi circumincessionis, sunt etiam Pater et Spiritus Sancti.

Christus est in Eucharistia non circumscripitive, quia non commensuratur speciebus; nec definitive, quia non est sub speciebus ita ut non sit alibi; siquidem est etiam in coelo; sed est sacramentaliter, i.e. totus sub unaquaque specie et sub singulis cujusque speciei partibus, ita ut non coextendatur cum speciebus, non autem ita ut alibi etiam non sit.

Est igitur Christus praesens in Eucharistia modo mirabili et prorsus supernaturali, (Cf. Trid. D. 874) cuius impossibilitas tamen non potest demonstrari; imo ejus natura aliquomodo saltem, i.e. analogice potest declarari.

- Sic v.g. possumus excludere ut modum explicandi sacramentalem Christi praesentiam
- a) condensationem, qua corpus Christi per divinam virtutem ad minimam statuam redigeretur; ut v.g. repraesentatio spatii immensi in retina oculi: Christus esset monstrum potius quam homo.
 - b) componetrationem variarum partium in minima extensione: Christus non haberet speciem humanam.

Sed dicere possumus cum S. Thom. (III, q. 76, a 3, b) Christum esse praesentem in Eucharistia ad modum substantiae i.e. per modum quo substantia est sub dimensionibus, non autem per modum dimensionum, id est, non per modum illum quo quantitas dimensiva alicujus corporis est sub quantitate dimensiva loci. Retic: quia vi verborum consecrationis.

Quia tamen substantia corporis Christi realiter non dividitur a sua quantitate dimensiva et ab aliis accidentibus ex vi realis concomitantias est in hoc sacramento tota quantitas dimensiva corporis Christi et omnia accidentia ejus.

Quia autem quantitas dimensiva in hoc sacramento non est nisi concomitanter et quasi per accidens, non est secundum suum proprium modum, sed per modum substantiac.

Est igitur in Eucharistia corpus Christi cum sua quantitate, sed non per modum quanti, sed per ipsum S. Th. loc. cit. ant apud auctorem 259, 4)

